



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



Polygl.

71



Polygl 71



**BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.**

Repos



<36622219340012

S

<36622219340012

Bayer. Staatsbibliothek

33

Polych. 71.

Gesner

Polygl.

MITHRIDATES.

DE DIFFE

RENTIIS LINGVA

RVM TVM VETERVM

tum quæ hodie apud diuersas nationes in toto orbe terrarū in usu sunt,

CONRADI GESNERI

Tigurini Obser-


uationes.

A N N O

M. D. LV.

TIGVRI EXCVDEBAT

FROSCHOVERVS.



CL. V. D. IOANNI BA
LAEO ANGLO, EPISCOPO
OFFORIENSI IN HIBERNIA, CONRADUS
GESNERUS S. D. P.



MULTIPLEX sanè linguarū ac dia-
lectorum; quibus animi sensa inter se elo-
quuntur et interpretantur homines, varie-
tas extat. Videtur autem non tam curiosa
quàm liberalis hac cognitio, ut qua inter-
si cognata sint lingua plus minus, qua omnino distent, intel-
ligamus. Nam cum solus homo rationis iuxta orationisq;
compos sit animal; orationis atq; linguarum differentias
nosse, ad hominis eruditi ac philosophi studium attinere iu-
dico. Quamobrè qua ego hoc in genere quoquo modo obser-
uavi, non tanquam aliquid perfectum & ut oportebat ela-
boratum; sed quantum ego in presentia prestare potui ue-
luti symbolum, in lucem ado: unde excitati & fortè etiam
adiuti post me alij, diligentius absolut: usq; rem omnem per-
tractent. Hoc uerò quicquid est, optime & doctissime
BALAEE, cum in nomen tuū inscribere; tum iudicio sub-
mittere tuo uolui. Hoc doctrina tua meretur, hoc liberali-
tas postulat: qua me non solum amore iam pridem, sed etiā
beneficijs prosequi dignaris. Nam et Bibliotheca nostra au-
tarium non mediocre per te accessit: & quo polyglottum
hunc Mithridatem nostrum ornarem, ueteris Britannica lin-
gua specimen, quod orationem Dominicam interpretatur;
nobis à te missum est. Visum est autem in hac precipuè ora-
tione uarijs reddenda linguis, singularum differentiam,
quantum eius fieri potuit, demonstrare: ut & facilius es-
set conferre inter se linguas qua orationem exprimerent
eandem: & in breuissimo sanctissimoq; argumento id fie-
ret. Deo quidem optimo max. ingentes etiam hoc nomine

gratia debentur, quòd ut uniuersam religionem synceram
nostris temporibus innotescere, ac uarijs illustrari linguis
sacram scripturam largitus est: ita orationes quoq; sacras
& psalmos, & quacumq; ad uera pietatis professionem cul-
tumq; pertinent, diuersa nationes hodie (nostra memoria)
priuatim publiceq; in templis, inuito Antichristo, sua quaeq;
uernacula lingua proferre incœperint. Si quidem in nostra
utcumq; angusta ciuitate, Latine, Graece, Hebraice, Germa-
nice, Italice, Gallice, Anglice, & alijs quibusdam linguis
sacra litera in Dei gloriam leguntur, addiscuntur, celebra-
tur. Superest honorande mi B A L A E E, ut pro eximio can-
dore tuo ac eruditione te rogem, siquid in hoc libello nostro
quouis modo mutandum uidebitur, id liberè ut mutes atq;
emendes. Neq; enim quantum par erat in eo conscribendo
tempus posui: neq; si posuissem, multò amplius instituto sa-
tisfacere potuissem. Hoc uero maxime peto, ut si quae
alia Britannici regni lingua est (nam & Hiberniae & Mo-
na insulis suas esse audio) de illis quoq; specimen aliquod,
praesertim in oratione Dominica, maturè ad nos transf-
mittas. Vale. Tiguri. Calendis Augusti,
Anno salutis M. D. L V.

Conradi

CONRADI GESNERI DE DIFFERENTIIS LIN- guarum Observationes, & pri- mum in genere.



LINGVARVM CON-
fusionis causa atq; historia in
sacris libris tradita, non est
quod hic à nobis repetatur.
Quemadmodum autem ma-
gna infelicitatis humanę pars
fuit sermonis confusio: ita nostris temporibus
donum uerè diuinum & præclarę felicitatis lo-
co iudicare debemus, totum ferè orbem terra-
rum tribus illis in cruce consecratis linguis,
quas passim homines studiosi exercent, de-
nuò coniungi: atq; harum cognitione non ea
modo quæ ad hominum commercia, quęq; ad
sapientiam humanam pertinent, sed pietatem et
Deum innotescere. Quis enim nescit per uniuersam
Europam Latinæ ac Gręcæ linguarū usum
esse: Hebraicæ uerò, siue potius Arabicę, in Afri-
ca Asiaq; totis ferè, Gręcę etiam in parte earun-
dem: Europa sanè tanto cæteris existimanda
est felicior, quòd cum alibi sapientię studiosi sin-
gulas tantum linguas addiscant, in ipsa tres illæ
quas dixi excolantur. Quamobrem etiam cru-
cifixi Domini nostri Iesu Christi Euangelium

in Europa nostris temporibus primū, unā cum linguis illis renascentibus renouari cœpit, & inde per easdem linguas tum libris tum uiua uoce, in reliquas quoq; nationes breui (ut speramus) dispergetur: ita ut Christo per uniuersum mundum prædicato (quod magna celeritate, nostra memoria, per omnem propè Europam iam factum uidemus) extremum huius mundi diem & secundum Domini nostri aduentum instare ac imminere iudicandum sit.

Multarum quidem linguarum homines in unū etiam Troianum bellum confluisse prodit Homerus Iliad. quarto:

Ὅθ' ἦν πάντων ἄν' ὁμοῦ θρόνον, οὐδ' ἴα γέρας:

Ἀπὸ γὰρ ἄλλων ἱμῖν μιῶν, πολλὰ κληροῖ (ex multis locis conuocati) δ' ἴσαν ἄνθρωποι.

Linguarum
quos.

Euphorus & alij multi historicorum, gentes & linguas septuaginta quinque esse dicunt, inde nimirum impulsū quod Moses scripsit: Animæ ex Iacob in uniuersum erant septuaginta quinque, quæ in Aegyptum descenderunt. Et sanè uidentur reuera dialecti (linguæ potius) communes duæ & septuaginta, ut in nostrorum etiam monumentis proditum reperitur. Reliquæ uerò multæ sub unum genus commune, quod duas aut tres pluresue dialectos contineat, referendæ sunt. Est autem dialectus dictio peculiarem alicuius loci notam seu characterem præ se ferens: uel dictio quæ propriam communemue generis characterem ostendit. Græci quidē dialecto-
rum

Dialectus.

rum suę linguę differētijs quinque annotant, Atticam, Ionicam, Doricā, Aeolicam, & quintam communem. Porro uoces barbaras (quę scilicet à Græcis usurpantur) cum sint incomprehensibiles, non etiam dialectos, sed glossas uocari Glossa. aiunt, Clemens Alexandrinus libro 1. Stromateōn. Nos dialectum aliās simpliciter sermonem siue orationem articulatam significare obseruauimus, uel ipsum in pluribus uerbis colloquium: aliās (apud grammaticos præsertim) linguę alicuius siue in singulis siue in pluribus uerbis proprietatem, qua à cōmuni uel reliquis similibus aut cognatis differt. Galenus glossas Hippocratis, id est prisca & obsoleta in eius libris uocabula, proprio libro interpretatus est.

Colchorum urbs Dioscurias, nunc deserta, quondā adeò clara fuit, ut Timosthenes in eam CCC. nationes, quę dissimilibus linguis utebantur, descendere prodiderit. Et postea à nostris centum triginta interpretibus negotia ibi gesta, Plinius 6. 5.

Mithridatem Ponti regem solum mortalium uiginti duabus linguis locutum certum est, nec de subiectis gentibus ullum hominē per interpretem appellatum ab eo annis quinquaginta sex quibus regnauit, Idem.

Iambolus quidam mercator, cum conseruo captus ab Aethiopibus maritimis, nauim ingredi iussus est, et uersus meridiem nauigādo pergere donec ad insulam quandam Felicem

peruenisset. hic enim Aethiopibus mos erat antiquissimus, ut duos alienigenas expiationis gratia illum mitterent. Post quatuor igitur menses ad insulam appulerunt, & in ea homines inueniunt benignos, corpore agili et robusto, ossibus instar neruorum flexilibus, &c. Lingua etiam (inquit) a nobis differunt. Diuisam enim hanc eis natura dedit, quae scinditur in inferiori parte, ut ab radice duplex esse uideatur. Sic autem uaria utuntur loquela, ut non solum uoce hominum loquantur, sed auium diuersarum imitentur cantus: Et quod admirabilius est, una cum duobus hominibus perfecte simul respondendo & disputando loquantur. Vna enim linguae pars uni loquitur, reliqua alteri, Diodorus Siculus libro 3. de fabulosis antiquorum gestis.

Troglodytae Aethiopes serpentibus & laceratis uescuntur, et uoce strident (τῷ διακίλῳ κτρίγασί) tanquam uespertiones, Herodotus.

In remotissimis quibusdam ad Septentrionem regionibus mercatores rerum commutationes nutibus & gestibus facere legimus, non quod loquendi facultate omni careant tanquam muti, sed quod linguis plane diuersis utantur.

Ex linguis Hebraica, ut prima & antiquissima omnium est, ita sola uidetur pura et sincera: reliquae mixtae sunt pleraque omnes, nulla enim est quae non ab Hebraica deriuata quaedam & corrupta uocabula habeat. Et insuper ipsae inter se sunt mixtae: uel necessarium, ut cum rebus peregrinis

Linguae mixtae & corruptae omnes praeter Hebraicam.

peregrinis & inusitatis nomina quoque peregrina sunt relicta, quemadmodum aromatum & aliarum rerum quæ aliunde apportantur, in plerisque linguis. Vel sponte, ut ratione studiorum in diuersis artibus & scientiis. Sic Latini innumera non solum artium uocabula à Græcis, sed etiam rerum mutuati sunt, quæ in libris ipsorum repererant. Vel propter imperia. ferè enim uicti paulatim uictorum moribus & linguis se accommodant. Sic à Gothis Latina lingua in Italia, Gallia & Hispania corrupta est. Vel ex eo quod gentes diuersæ in unam regionem migrauerunt. Anglica omnium maximè mixta hodie corruptaque uidetur. Primum enim uetus Britannica lingua imperio Saxonum partim abolita, partim corrupta est; deinde Gallica etiam uocabula plurimam assumpsit, siue propter multitudinem mercatorum ex Gallia uicina, uel aliorum hominum ex eadem profectorum ut inhabitarent. Lingue etiam quarum in foro & in templis usus est aut fuit, non parum mutationis attulisse uidentur. Olim enim in Romanorum prouinciis causæ omnes forenses agebantur Latine, & eadem lingua conscribebantur instrumenta omnia. Diuersi etiam populi cultus sacros in templis Latine tantum peragunt, ita ut à plebe non intelligantur. Et multis in locis orationes sacræ, præsertim Dominica (ut apud nos quoque patrum memoria) Latino tantum sermone etiam à plebe proferuntur. Barbaræ siue Barbaricæ lingue

Barbaræ
linguæ.

DE LINGUIS

præter Græcam & Latinam dicuntur omnes. Nos etiam Hebraicam excipimus, quæ ea cū antiquissima ac instar parentis aliarum, tum sacra et diuina sit lingua: qua scilicet uetus Testamentum, Lex & Prophetæ, & totum salutis humanæ negotiū comprehenditur. Sed ut à Iudæis tanquā indignis Deus opt. m. gratiā suam meritò abstulit, & externis gentibus comunem fecit: ita etiā nouum Testamentum nō Hebraica lingua, sed potius Græca, ceu apud cæteras gentes clarissima doctissimaque, conscribi uoluit. De barbaris linguis plura referemus infra ex Strabone, in Caricæ linguæ mentione.

Porro primæ & generales dialecti, etsi barbaræ sunt, nomina tamen ex ipsa rerum natura habent deprompta. Quamobrem etiam preces sacras efficaciores esse putant homines, si nominibus barbaris constant: & Plato in Cratylo, uocabulum pyr barbaricæ originis facit, quod Phryges etiam modicè deflexa uoce (ut *est Germani für*) sic appellent, Clemens Alex. In omnibus sanè linguis uocabula quædā natura sunt facta, ut quæcunq; ad soni imitationem & per onomatopœiam composita dicuntur, ut non modo uocabula ea quæ aliquem sonum significant, murmur, bombus, sibilus, crepitus, strepitus, stridor, ouare, mugire, rudere, et reliquæ animalium uoces in diuersis linguis: ipsa etiam animalium nomina, aut uetus quidam grammaticus scribit, ad uocis suæ imitationē ferè sunt expressa. Alia arbitrio

arbitrio hominū imposita, ut syncategorematum omnium, & uerborū magna ex parte. Nominum uerò illa quoq̃, siue simplicia & deriuata, siue composita, quæ etymologiam aliquam & significationem, ad ostendendum aliquam rebus insitam uim aut naturam continent, non immeritò aliquis naturalia dixerit.

Plato etiā dijs dialectum quandam attribuit, coniectura ex somnijs & oraculis facta: & insuper ex dæmoniis, ut qui non sua, sed dæmonum inhabitantium dialecto loquantur.

Quin & brutorum suam esse dialectum censet, quam eiusdem generis animantes intelligant.

Nam cum elephas in cœnum illapsus clamaret, alius qui aderat hoc uiso abiit, & mox cum grege elephantum reuersus periclitantem seruauit. In Libya quoq̃ aiunt scorpionem si hominem ut feriat contingere non possit, abire & cum pluribus reuerti, atq̃ ita catenatim cohærentibus & demissis illis, hominē cui insidiatur ferire. Unde conijcimus, bruta non aliquo nutu obscurius, neq̃ aliquo corporis motu gestuue, sed sua potius dialecto, quæ uoluerint inter se significando communicare. Fertur præterea de piscibus, si quis fortè linea attractus ea rupta euaserit, nullū deinceps eo in loco per illum diem eiusdem generis piscem apparere, Clemens Alex. De brutorum inter se colloquio multa etiā Porphyrius tradit in libris de abstinendo ab animalis. Sed absurdum uidetur quod scri

Dialectus
deorum.

Dialectus
brutorum.

DE LINGVIS AE.

bit Clemens de brutis in genere, tanq̄ omnia dialecto quadam inter se utantur, scorpj quoq̄ & pisces: quibus cum ipsa uox negata sit, multo magis etiam dialectum negatam fateamur oportet.

DE LINGVIS DIVERSIS singillatim ordine literarum.

A B A S I N O R V M lingua, uide Aethiopum lingua.

A B G A Z A R I uel Abgazelli, lege Gazari.

DE AEGYPTIACA lingua.

A E G Y P T I incolae apostolos sua dialecto loquentes audiunt Hierosolymis in die Pentecostes, & admirantur. Lingua Colchis eadem quae Aegyptijs est, ut Eustathius scribit Dionysium Afrum enarrans. Mensiu anni xij. Aegyptiaca nomina haec reperio, quae omnia oxytona sunt: Tybi, Mechir, Phamenoth, Pharmuthi, Pachon, Pauni, Epiphi, Mefori, Thoth, Paophi, Athyr, Chœac. Nicolaus Myrepsus Alexandrinus Antidoto 371. eadem mensium nomina explicans (dicit autem Alexandria esse) caetera quidem similia habet, pro Ianuario aut tymbes, pro Iunio payni, pro Septembri thod, pro Octobri phaophi, pro Decembri chyac.

chyac. ¶ Baieth, *Bairò*, Aegyptijs tum accipitrẽ
tum animam significat. Aelianus tñ accipitrem
etiam thaustum ab eis dici scribit. Accipitris ge-
nus sparuerio minus baydach nominant, Tar-
diuus. Bãris lingua Aegyptia dicitur cymba
quę uectat cadauera Aegyptica ad sepulchra: no-
stri pheretrum *bar* appellant. Hercules uox
Aegyptia est, non Græca, M. Porcius Cato.

Canem anubin uocant, Felem bubastum. Cu-
cupha in Hieroglyphicis Ori, auis nomẽ Ae-
gyptiacũ mihi uidetur. Kiranides upupam in-
terpretatur. ¶ Quum Aegyptij literis utantur
proprijs, has quidem uulgò discunt omnes: il-
las uerò quas sacras appellant, soli sacerdotes
norunt, à parentibus eorum priuatim acceptas.
Apud Aethiopes iisdem omnes figuris utun-
tur, Diodorus Siculus libro quarto de fabulo-
sis antiquorũ gestis. Et mox, Sed de Aethio-
pum literis, quas Aegyptij sacras uocant, dicen-
dum. Sunt Aegyptiorum literæ uarijs animan-
tibus, extremitatibusq; hominum atq; instru-
mentis, sed præcipuè artificum, persimiles. Nõ
enim syllabarum compositione aut literis, uer-
ba eorum exprimuntur, sed imaginum forma,
earum significatione usu memoriæ hominum
tradita. Scribunt (Pingunt) quidem accipitrẽ,
crocodilũ, serpentem, hominis oculum, manus,
faciem, & cætera eiusmodi. Accipiter rem deno-
tat citò factam, quoniã hæc aliarum fermẽ om-
nium auis sit uelocissima. Transfertur hæc no-

DE LINGVIS AB.

tatio ad domesticas res quæ uelociter fiât. Crocodilus malū significat. Oculus iustitiæ seruator, & totius corporis interpretatur custos, &c.

De hieroglyphicis quidem literis, siue picturis potius, Ori Apollinis cuiusdam libri duo extant: & alia quædam ab alijs, ut à Plutarcho in commentario de Iside & Osyride, obiter scripta. De iisdem mentionem facit etiam Ammianus Marcellinus libro 22. ¶ Ammonij Aegyptiorum atq; Aethiopum coloni sunt, & linguam inter utrosque usurpant, Herodotus lib. 2. ¶ Gordiano sepulchrum milites fecerunt in finibus Persidis, titulum addentes & Græcis & Latinis & Persicis, & Iudaicis & Aegyptiacis literis, ut ab omnibus legeretur, Iul. Capitolinus. ¶ Aegyptia lingua eadem est quæ Alexandrina, de qua Ixion Demetrius librum scripsit Athenæo teste.

DE ABOLICA LINGUA.

ABOLICA lingua, dialectus est Græcæ cõmunis, in qua scriptum nihil, quod sciam, extat: nisi apud poëtas. Hac utitur Homerus aliquando, authore Plutarcho, in compositis syncopen faciens, ut *ἰβάνδρ* pro *ἰσβάνδρ*. & in tertia persona præteriti imperfecti *ν*. pro *σ* ponens, ut *ἰφίλην, ἰνόν:* & *δίδν, διαν*. Item *σ*. aliquando mutans in *δ*. ut cum profert *ἰδμὺν & ἰδμω*. Et literis interdum abundans, ut *δίνωσ, αὐτὰρ, λυαίωσωντς*, pro *ἰάνωσ, αὐτὰρ, λυαίωσωντς*. Et secundæ personæ

næ

ne uerborū apponens *ba*, ut *ἔπειθα, ἔπειθα*. Porro duplicationem consonantium alij Doricæ, alij Aelicæ dialecto attribuunt, ut *ἔπειθα, ἔπειθα*. Pro *ἔπειθα* Aeoles dicūt *ἔπειθα*, *ἔπειθα* pro *ἔπειθα*, *ἔπειθα* pro *ἔπειθα*, &c. Plura Io. Ammonius in libello de dialectis. Aelicè scripsit Alcæus, cuius apud auctores præsertim Athenæum, uersus quidam citantur.

ABSTVI Illyricè loquuntur.

DE AETHIOPICA
lingua.

AMMONII Aegyptiorum atq; Aethiopum coloni sunt, & linguam inter utrosq; usurpāt, Herodotus libro 2. ¶ Aethiopicè nabis camelopardalin sonat. ¶ De Aethiopum literis lege supra in sacris Aegyptiorū literis.

ORATIO DOMINI IESU,
lingua Aethiopica transcripta ex nouo
Testamento Romæ impresso.

ABVNA zaba schamaiaith, ithkadascha
schmacha. thomtza mangosthcha. ichun fakda
cha bachama baschamai uabamdurni. schifcha
iana zalala olathana habana iom. hodog lana
abaschana, chama nohnhana nohdog laza aba
schalana. uaithbana uschtha manschuth. ala ad
ochnana uabalhhana omchulu ochui. ofcha
ma ziacha iothi mangosth hail uaschobhhath
lailama ilam. Amen.

DE LINGVIS Æ.

SYMBOLVM ET CONFESSIO Symeonis Iusti in Aethiopica lingua.

Aethiop.	Iozetoshoro	lagaborcha	ogozio	bacham
Lat.	Nūc dimittis	feruū-tuū	domine	secundum
Aethiop.	azazocha	basalam	afama	roia
Lat.	uerbum-tuū	in-pace	quia	uiderunt
Aethiop.	aoinotoia	ahnotocha	zaastadalocha	kodom
Lat.	oculi-mei	salutare-tuū	quod parasti	ante (han
Aethiop.	chulu	hozobocha,	cham	tochasto bor-
Lat.	omnes	populos,	lumen	in reuelationē
Aethiop.	laahozbo	uachobra	lahozabocha	Ofrael
Lat.	gentium,	&-gloriam	populi-tui	Israël.

Hinc apparet Aethiopicam linguam in multis
congruere cum Hebraica.

DE ÆTHIOPICA LINGVA ex Grammatica Chaldaica Seba- stiani Munsteri.

EVVLGATVM est ante paucos an-
nos opera et diligētia Ioannis Potken Agrippi-
nensis Psalterium quoddam, incognitis quidē
& antehac nō uisis scriptum characteribus, in-
certatq; lingua, quam quidā Indianam putant,
aliq; Chaldaicam uocant: ipse autē uerā Chal-
daicam asserit, nec ulli secus sentire permittit,
præsertim Iudæorum auscultatoribus. Deinde
postquā alphabetum huius lingue, & dictiones ali-
quot proposuit, subdit: Has literas & syllabas
Bernhardus Breitenbachius in suo Itinerario,
ubi de Abasini siue Indianis scribit, confuso or-
dine posuit, figura minimē à nostris discrepan-
tes characteribus. Vbi obiter est notādum, du-
plicem

Abasini.

plicem esse Indiam : unam orientalem, quæ sci- India du-
 licet in Asia extremū occupat locum, cuius lin- plex.
 guam & literas omnino ignoramus. Alia est
 India meridionalis, in Aphrica scilicet sita, quæ
 ad Orientem habet mare rubrum, Arabiæ felici
 cōtermina, nisi q̄ Arabicus interfluit sinus. Por
 rō ad Septentrionem iungitur Aegypto, & ad
 occidentem Aethiopiæ. Et est regio latissima,
 cuius populi quondam uocabantur Troglo- Troglody
 dytæ: hodie autem Abasini & Indiani appellan- tæ.
 tur, uiuentes sub potentissimo rege, quem uul-
 gō presbyterum Iohannem uocant, aut, quod
 magis crediderim, presbyterum Cohan, quod
 tam Hebraicè q̄ Chaldaicè sacerdotē sonat. Ad
 hos itaq̄ homines dictā spectare linguam, non
 modo Bernhardus Breitenbachius, uertim &
 Io. Potken testatur, quorum ille Hierosolymis,
 hic Romæ homines Indianos cōuenisse, & al-
 phabeti eorum literas descripsisse fatentur. *Des-*
inde ut ostendat quantū hęc lingua à Chaldaica dif-
ferat, ex Psalmo 86. ut Hebræi numerant, hunc uer-
sum adscribit : Miserere mei Domine, quoniam
ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui.
 Cuius Indiana interpretatio hęc est : Tafahala-
 ni ogozio osmā habecha ozarha chulo amira:
 Vuaastafasoha lanasscha gabrocha. Chaldaica
 uerò sic habet : Hus alai Iehoua ærum koda-
 mach æzalle kalioma : æhade naphscha deab-
 dach. Hoc est, Miserere super me Domine, quo-
 niam coram te orabo tota die: lætifica animam

B

D E L I N G V I S A E.

serui tui. In hoc uersu duas tantum uoces reperies Indianæ linguæ cum Chaldaicis congruentes, nempe chulo & lanasscha. Sed ut clarius harum linguarum affinitas tibi pateat & diuersitas, apponam ex utraq; uocabula quædam cum rerum interpretatione.

Indica.	Chaldaica.	Latina.
Loboi	Libbi	Cor meum.
Zadoc	Zadica	Iustus.
Anta	Ante	Tu.
Modorna	Arana	Terra nostra.
Basom	Besom	In nomine.
Boofi	Gabra	Vir.
Amolacha	Elaha	Deus.
Dabra	Thura	Mons.
Saboo	Enasa	Homo.
Oholo	Lachima	Panis.
Ion	Chamra	Vinum.
Beta	Beta	Domus.
Gabarcha	Ehadta	Fecisti.
Sabartha	Tebarta	Fregisti.

Hinc facile est indicare linguam quam Indianam uocant, non esse Chaldaicam : nisi contra claram scripturam sentire uelis, Danielcm, Onkelon, Jonathan, & reliquos orientales interpretes, non Chaldaicè, sed forrasse Callicuticè scripsisse. Est igitur lingua propria, & suæ genti peculiaris, nunc quidem cum Chaldaismo, nunc uerò cum Hebraismo nonnihil habens affinitatis.

tatis, sed plus cum utroque diuerfitatis. Proinde mihi uideretur, si in sensu meo abundare permittor, eam Aethiopum esse linguam, sicut & Abasini ipsi non admodum ab Aethiopicis differre dicuntur: quanquam non nesciam ipsos Iudaeos in suo Haruch eam uocare linguam Ismaeliticam, id quod diuersiones nonnullae indicant, quas ex hac lingua in Haruch ipsum retulerunt, Hucusque Munsterus.

DE LINGVA AFRICANA,
uel Libyca. nam Punicam eandem Arabicam faciunt cruditi.

PUNICA lingua apud Afros mures quidam zegeries uocantur, quod in Graeca uellet idem quod *βουβοί*, (id est colles,) Herodorus libro 4. ¶ Accipiter Libycè uocatur barbax, Hesychius. ¶ Libyes battos appellant reges, Scholiastes Pindari.

VOCABULA QVAEDAM QUIBUS uruntur Mauri nigri, id est Africani qui ad mare mediterraneum habitant circa Tripolim arcem quam Rhodienses obtinent, nam alia lingua, ut audio, apud Mauros albos est.

Carnes, ganny.	Genta, Thracice.	Cyathus, got.	Deo, alhai
Fœmina, matrona, fantro.	Fur, barbo.	Furari, barboni:	
Lectus, bonia uel embechi.	Mêta, ortho.	Nihil, bacco.	
Nobilis, credy.	Ornare, turchem.	Parus, briti:	
Papyrus, cart.	Vinum, syrap.		

¶ Vide etiam inferius de Punica lingua.

A. N.

ALEXANDRINA LINGVA,
eadem est quæ Aegyptia.

AMMONII Aegyptiorum atque Aethiopum coloni sunt, & linguam inter utroscque usurpant, Herodotus libro 2.

DE ANGLICA LINGVA.

Oratio Dominica Anglicè conscripta.

O V R father & whiche arte in heauen, halowed be thy name. Thy kyngdome come. Thy wyll be done in earthe, as it is in heauen. Geue us thys day our dagly bread. And forgeue us our trespasses, as we forgeue our trespassers. And leade us not in to tempracion. But delyuer us from euyll. Amen. Sunt autem uocabula Germanica uel Saxonica omnia, sed aliquo modo detorta, uel immutata, præter substantiuum uerbum arte & be: & but, id est sed coniunctionem: et nomen heauen, id est cæli, et Gallica uocabula trespasses & delyuer. Audio ante annos aliquot, & patrum memoria multo pauciora Gallica & Latina uocabula in hac lingua fuisse, quæ nunc eis abundant. nã & in colloquijs ea multi affectant, & in scriptis præcipuè intermiscunt ueluti flosculos ac pigmenta, ita ut uulgus nisi adhibita interpretatione non intelligat. Maxima tamen pars adhuc Saxonica est. Libri quidem ante ducentos aut trecentos annos in Anglia scripti, toti ferè Saxonica lingua

gua constant. Quædam etiam propria habent, ex ueteri forte Britannica lingua. ¶ Scotica parum ab Anglica differt, sed pauciora Gallica uocabula habet: utpote ad Septentrionem remotior. Nam & ipsi Angli Septentrionales, magis quàm Australes ad Germanicam linguam accedunt.

Anglica lingua, (inquit Seb. Munsterus) mixta est ex multis linguis, præsertim Germanica & Gallica. Olim uerò merè fuit Germanica, id quod animaduertere licet ex Beda, qui ex Anglia oriündus fuit. Is enim in libro De temporibus sic scribit: Veteres Anglicani populi numerauerunt menses suos secūdum cursum Lunæ, appellantq; Lunam monam, & mensem monath: Decembrem uocant Haleg monath, (id est sacrum mensem:) & Aprilem Eoster monath (id est paschalem mensem.) idq; à dea quadam cui Teutonici populi in paganismo sacrificia fecerunt tempore mensis Aprilis, quæ Eostre est appellata. Maium appellauerunt Thrimelci (id est tres mulctræ) q; eo mense pecora ter die mulgerent. Hic locus in impressis codicibus non facile inuenitur: ego uerò inueni in libro manuscripto, quem Glareanus ex Nigra sylua anno 1545. huc Basileam misit, Hæc Munsterus. Sunt autè uocabula illa, quæ Beda Anglica facit, Germanica omnia. Angli hodie nõ nihil uariant, nam Lunam uocant mone: mensem, moneth: pascha, easter: mulctram uas,

A R.

mylkyng payle : ipsum lac mulctum, meale.
De Britannica ueteri, quæ adhuc in Angliæ parte retinetur, Vuallica dicta, dicetur inferius.

A Q V I T A N I C A lingua quæ olim fuerit, non constat. Vide in Gallica.

D E A R A B I C A L I N G U A .

A R A B I C A uel Punica lingua est, quæ omnes Muhamedicę religionis cultores in græmaticis utuntur, affinis Hebraicæ. Tantum autem Muhamedis religio patet, ut uix tertia pars orbis terrarum reliqua sit, Guil. Postello teste.

Dominicæ oratio Arabicis uerbis, Latinis autem literis descripta, ut pronunciant, qui euphoniæ sunt studiosi.

A B A N A illadhi phi 's schemaua, thika
duschu ischmeche. thâthi mâlchutheche. the
chunu mâscheitheche chema phi 's schamâi uea
la âlartz. hhobzna châphaphna ahtana phi lia
um. ueahphar lana maiughibu alana, chema
uenahhna ahpharna leman ahha ilâna. uela
thadhulna ththeghiaribu lâchine neghina
min âlschâriri. Leine lecha 'm meluchu ueâlka
uathu ueâl mâghedu ila âlebdî. Amin.

Turcica & Arabica lingua diuersæ sunt, sed characteribus nsdem utuntur, Bellonius.

A R A M A E A lingua, eadem Chaldaica est.

Arbenfes

A R B E N S E S Illyrice loquuntur.
 ¶ Arabes sua dialecto loquentes apostolos Hierosolymis in Pentecoste admirantur.

D E A R M E N I C A L I N G V A
 vulgari, quæ eadem Turchicæ est
 & Tartarica.

Oratio Dominica in lingua Armenica.

C H A I R mer ur hierchins, des srboi ezif
 anoncho : ekeffe archaiotaicho. ezifsin chank-
 cho, urbis hierkins, ie etchri. Zachaz mer hana-
 ba gfor. J tour mez. ais auroie touz mer zaabar-
 tis mer, urbis ie mech toffumc merus bartba-
 nas. ie mi tanir zame zprtzo tai. ail phirkai za-
 mer izare. Zucho e archaiotai ie zariotai ie pa-
 ouch auiteaus. Amen.

Araxa, id est *μιοσηρβω* Armeniorum lingua,
 Plutarchus in libro de fluuijs. Axalla Arme-
 nijs calidum significat, Io. Stobæus. ¶ Georgia-
 norum lingua uulgaris Tartaricæ et Armenicæ
 media est, G. Postellus.

A R M E N I C A Q V A E-
 dam uocabula.

H A B E T Armenica lingua uoces mul-
 tas Ebraicas, ut eam originem & parentem sa-
 tis referat, cuiusmodi sunt,

Armenice.
 Ael, Deus.

Ebraice.
 El.

B 4

Aeli, Deus meus.	Eli.
Rabbi & Rabuni, magister.	Rabbi.
Lezu, lingua.	Laschon.
Zamanach, tempus.	Zeman.
Chahanaim, sacerdotes.	Chohen.
Hhatz, crux.	Etz uel hetz.
Ail, sed.	Alla.
Vfan, signum.	Nes.
Cho, tu.	Cha.
Chum, tuus.	Cha.

Quædam cum alijs linguis habet
communia: ut sunt,

Episcoputhi, episcopatus. Za præpositiuũ
articulum cum Aethiopica habet communem.
Du, tu. Von, ab. Ail, alijs, ἀλλοι. Em, ἐμὶ, sum.
Mesch, μέσση, medium. Ab Armenis acceperunt
Germani, Carle, Carol. dicunt enim Armeni
car, potuit: carol, potens,

PLVRA DE ARMENICA
lingua, ex Beroso & Xenophontis
æquiocis.

ARMENI (Scythæ Armeni) ipsum
Noa, tanquam uirum sapientissimum & diuinę
naturę participem, Olybama & Arsa, idest cœ-
lum & solem, cognominauerunt, & illi plures
ciuitates dedicauerunt. Nam & ad hæc tempo-
ra Scythæ Armeni urbes habent Olybama &
Arsa Ratha, & eiusmodi, Berosus. Incolæ
in

In Armenia Saga ipsum Noa omnium deorū patrem uocant: & primum dixerunt Ogygis Sagam, id est illustrem sacrorum pontificem Noam Dysir. (M Porcius Cato etiam Sagos primos Thuscōs, interpretatur pontifices & sacros expiatores.) Thyteam uerò (al' Tideam, nimirum eius uxorem) Aretiam dixerunt, id est terram, & Estam, id est ignem, (esch ignis est Hebræis) post mortē cognominauerunt. Quia ipsa regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternū ignem sacrorum seruare. Vino etiam inuento Noa cognominatus est Ianus, quod Aramæis (iain Hebræis uinū est, Plinius scribit Scythas, uocatos esse Sacas a Persis, & lingua Persica Aramæos) sonat uitifer, & uinifer, Idem.

Exiccata post diluuium humo, Noa de monte Armenia Gordyæo descēdit in subiacentem planiciem plenam cadauerum, quam usq; ad hanc ætatem appellant Myri Adam, id est cuiusce ratorum hominum. Filium Chem infamia & impudentia insignem Chemesenua cognominauit, id est Chem infamem & impudicum, incubum, propagatorē. Est enim Esen apud Scythas Aramæos infamis & impudicus. Enuua uerò tum impudicus tum propagator, Idem.

Ianus (Noa) in Italiam ueniens omnes colonos à Camesenuo filio suo corruptos, montana trans Ianiculum amnem colere iubet, illisq; filiam suam Cranam Helernam, id est suffragio ab his electam & exaltatam reginam cū

B S

ſceptro dat. Nanq̄ duos filios ſuos nouiſſimos Cranum & Cranam Ianus cum Comero (Gal- lo Italorum rege) miſerat, coaluerantq̄ in gen- tem atq̄ poſteritatem maximam, quam noſtra æta: e Ianigeneam uocant: cognominant autem Razenuam, id eſt ſacram propagatricem incu- bamq̄, cōtra impietatem Cameſenui. Cranum etiam Razenum cognominauit Ianus. Colo- nias à ſe (in Thuſcia) poſitas uocauit Aryn Ia- nas, id eſt à Iano exaltatas, Berofus, qui et Arme- niam Sagam uocat, quam Scythicam inter- pretor.

Sub Aralio ſeptimo rege Babyloniorum, cō- flagrauit Italia in tribus locis, circa Iſtroſ, Cy- meos, & Veſuuios: & uocata ſunt à Ianigenis illa loca Palenſana, id eſt regio conflagrata, Idē.

Sagæ (apud quos Ogyges arauus Nini, quē Babylonij Gallum cognominat, in diluuiſo ſal- uatus eſt nauigio)ratem uocant gallerim, quod ab undis ſaluet, Xenophon in æquiuocis. hinc fortē uulgare Germanis & Gallis nomen ga- lēa. Sicanus rex apud Ianigenas ſub Arma- trite nono rege Babyloniorum, deificauit Are- tiam, & nominauit eam lingua Ianigena Hor- chiam. Kytim regem Celtiberorum Ianige- næ ob mentis excellentiam ſua lingua uocauer- unt Italum, Atalaa.

A S I A regiones ac linguas multas diuer- ſasq̄ habet: quare nō ſatis clarum eſt quod Athe- nus ſcribit Σταφυλῆς uocabulum uideri ἀστιαγῶν, id eſt

id est Asiaticum. Gentilium terminationem in enus (ut à Marfya urbe Phœnicix Marfyenus) Stephanus grammaticus alibi Asiaticam simpliciter uocat, alibi illorum propriam esse dicit qui habitant iuxta Euphratem & ad Orientem. Est ubi Arabes tum hac, tum alia in ites terminatione uti scribit. Cappadoces quoq; in enus formāt gentilia, ut à Mazaca, Mazacenus. ¶ Asiæ incolæ apostolos sua lingua loquentes Hierosolymis in festo Pentecostes audiunt. ¶ Asiaticum dicendi genus, p̄ fuso copiosoq; legere memini.

A S S Y R I O R V M lingua, uide Chaldaica.

DE A T T I C A L I N G U A.

A T T I C A lingua, dialectus est Græcæ communis, & hæc præ cæteris Homerus utitur. Hæc κῆρς dicit pro κῆρς. duas syllabas in unā collidit, ut ἔπῃ pro ἔπῃ. ex optatiuis quibusdam ꝰ. aufert, δοκοῖς pro δοκίοις. Hæc etiam profert κῆρς pro κῆρς. et accusatiuos huiusmodi, βῆς, ἰθῆς, non diuidit. In tertia plurali ἰόντων & ἄμνων dicit. Vocales breues interdum omittit, οἶμαι, λῆται: pro οἶμαι, λῆται. Epsilon augmentis uocalium præponit, ἰάρωρ, ἰωνισαίμω. Iôta omittit alicubi, ut in uocabulis ἰόντες, Νηρηίδες, σφῶι. & in datiuis in iôta purū exeuntibus, ut γῆρα pro γῆραι. ἰτῆρωρ, p̄ ἰωσαρ. Optatiuis utitur p̄ indicatiuis præteritis. Nominibus fœmininis, articulos uel participia uel adiectiua generis masculini adiungit, ut

B.

τὰ χάρη, τὰ γυμναῖα, & apud Platonem ἡ σοφία γυναικῶν.
 Plutarchus. Pro σμῖ, ζυν: & pro duplici sigma,
 duplex ταινῶν ponit, &c. uide Io. Ammonij de dia-
 lectis libellum. Inter authores qui Atticè scri-
 pserunt Aristophanes comicus & Demosthe-
 nes Rhetor celebrantur. Iadem siue Ionicam
 dialectum eandem esse uteri Atticę, Eustathius
 Dionysii periegeten enarrans prodidit. Athe-
 nenses Cræsi tempore inter Iones excelluerūt,
 Herodotus.

B A B Y L O N I O R V M lingua Chal-
 laica est.

B E L G I C A lingua, uide in Gallica.

B E S S I, hodie Bosnenses uel Bosnascien-
 ses, Illyricè loquuntur.

D E B I T H Y N I C A

Lingua.

B I T H Y N O S etiam Græcè loquutos
 esse ex mensium nominibus coniicio, quæ usi-
 tata eis fuerunt hæc: Ἡρῶ, Ἐρμι, Μιτρώ, Διοσ-
 νόσι, Ἡρακλε, Δίος, Βυθιοῦ, Στρατί, Ἄρι, Πλε-
 ρίπι, Ἀφροδίσι, Δημίτρι.

B O H E M I & Borusij Illyricè loquuntur.

B O S N E N S E S uel Bosnascenses, ui-
 de Bessi.

D E B R I T A N N I C A

lingua uetere.

V V A L L I C A lingua hodie apud An-
 glos

glos uocatur, uetus scilicet Britannica, in tota (ut conijcimus) insula usitata, antequam Saxones ea deuiſta linguam quoq; suam intulissent, quæ in maxima parte nunc obtinet, Britannica uetere in regionem non magnam contracta. Vuallos (uulgò *Walch*) Germani uocât, quasi Gallos, peregrino & incognito eis sermone loquentes homines, ut Græci ac Latini barbaros. hinc ab Anglosaxonibus etiam Vualliam regionem, & eius incolas Vuallos appellatos puto. Eandem esse arbitror Britonum in Gallia, quos Tonantes cognominant à pronuntiatio- nis absurditate, quam scilicet Britanni Armori- ca parte Galliæ occupata, cum Saxonum irru- ptioni celsissent, secum inuexerunt. Plura le- ges in Cosmographia Munsteri libro secundo, ubi de rebus Gallicis scribit. ¶ Veteres Prussi, quorum è numero sunt Sudini; Curi, atq; alij, utuntur sua lingua, quam Cornelius Tacitus Britannicæ propiorē esse dicit. immistæ ei sunt multæ Græcorum uoces: quas tamen ita rusti- cè proferunt, ut eas, nisi quis diligenter animū aduertat, intelligere non possit, Ge. Agricola. ¶ Lingua uetus Prussica ferè eadem est quæ Cu- rorum, Liuonum et Lituanorum, ut audio: dia- lectis uariant, & nihil habent commune neq; cum Germanica, neq; cū Sarmatica uel Illyrica. Sunt tamen qui Curos Illyricè loqui dicant.

Oratio Dominica in lingua Vuallica
seu Britannica uetere.

B R I. C A.

E Y N taad rhŵn & wyt yn y nefoedd, sancteiddier yr henw tau. Deued y dyrnas dau. Gw neler dy & wollys, ar y ddayar megis ag yn y nifi. Eyn bara beunyddawl dyro inni heddiw. A maddeu ynny eyn deledion : megis ag i maddeu yn in deledwyr ninau. Ag na thowys ni brofedigaeth. namyn gwared ni rhiag drwg. Amen. Hoc est,

N O S T E R pater qui es in ipsis cœlis, sanctificetur illud nomen tuum, adueniat illud regnum tuum, fiat tua uoluntas super illam terram sicut & in illo cœlo, nostrum panem quotidianum da nobis hodie, et remitte nobis nostra debita sicut etiam remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

B V L G A R I, uide Rascij.

D E C A P P A D O C V M
lingua.

C A P P A D O C V M linguā barbaram esse coniectio uel ex mensium nominibus duodecim, quæ sunt, Τίριξ, Μάρτα, Ζαυανθρηί, Μίθρι, Λοπομυραμά, Αρθρά, Τυθυσία, Ολομόνια, Σίνδ'ηα, Αρτανία, Αρτανισίρ, Αρσούταλα. ¶ Cappadoces mirantur apostolos sua lingua loquētes Hierosolymis in Pētecoste.

D E C A R I C A L I N G U A,
et̄q̄ barbaris & barbarismo in uniuersum, è Strabonis libro 14.

Hom.

H O M E R V S in Catalogo Cares pri-
 uatim *βαρβαροθύς* appellauit. non quia Cariz
 lingua breuissima fit, quod nō est. nam ea per-
 multa Græca nomina admixta habet, ut Philip-
 pus testatur Caricarum rerum conscriptor. Sed
 ego arbitror ab initio cōfictō nomine, eos bar- **Barbari.**
 baros appellatos, qui difficulter, asperè ac duri-
 riter loquerentur, ut *βλαβες* balbesq; dicimus.
 Sumus enim ad cōfingenda rebus cognata no-
 mina ingeniosi, qualia apud nos permulta sunt,
 ut *καραίσηρ*, *κλαγγή*, *ψόγος*, *βοή*, *κρότος*. id est, mur-
 mur, clangor, strepitus, clamor, strepitus: quo-
 rum plurima iam propriè proferuntur. Cum
 igitur omnes qui crassè loquuntur, barbari di-
 cerentur, tales præcipuè uisæ sunt nationes cæ-
 teræ præter Græcos. Quare illos propriè barba-
 ros appellauimus. ac in initio quidem per con-
 uicium, quasi duriloquos & crassilingues: po-
 stea uerò eo nomine abusi sumus tanquã com-
 muni ac gentili, distinguentes eos à Græcis. Cū
 enim iam multa consuetudo & commercium
 esset cum barbaris, non amplius ex crassitudine
 linguæ, & quadam uocalium instrumentorum
 ineptitudine, sed ex dialectorum proprietate
 (proprio quodam uitio) talis pronuntiatio,
 prouenire uidebatur. Porro alia quædam &
 quasi barbara loquendi prauitas, in lingua no-
 stra uidetur, si quis nō perfectè Græca pronun-
 ciet: sed ita nomina proferat, quemadmodum
 barbari solent, qui ad Græcam dictionem ino-

roducti, expedire linguam nō possunt, quē
 admodum nec nos illorum orationem, quod
 apprime Caribus contingit. Nam alij non mul-
 tum cum Græcis diuersabantur, nec Græcè ui-
 uere, nec eorum dictionem ediscere pertenta-
 bant, nisi perrari admodum ac fortuito uir ui-
 ro congregientes. Nam Cares per totam Græ-
 ciam errauerunt stipendia merentes. quare bar-
 bari ex illo sunt appellati, ex quo in Græcia mi-
 litarunt. at posteaquam apud insulas habitauit,
 id multum in eis eminuit. Inde in Asiam profe-
 cti, nec ibi sine Græcis uiuere potuerunt. Nam
 Iones cum eis ac Dores traicere. Ab eadem
 quoque causa barbarismus dictus est. cum enim
 in his dicere cōsueuimus, qui malè Græcissant:
 non autem in ijs qui Caricè loquuntur. Sic etiā
 barbariloquos & barbari sermonis homines,
 eos accipere debemus, qui malè Græca pronun-
 ciant. Carico autem more barbarismū ad Græ-
 cæ orationis artem transtulerunt, & Solæcis-
 mum: siue id nomē à Solis ductum sit, siue alio
 modo, Hæc omnia Strabo. Græca uerba circa
 finē sic sonant: *Ἀπὸ δὲ τῶν Καριῶν, καὶ τὸ (forte τῶ) ἑρ-
 βαριῶν, μὲν γὰρ καὶ αἱ τὰς περὶ Ἰωνίαν τεύχας καὶ τὸ οὐλοῦν
 ἴδν, ἃτ' ἀπὸ Σόλων, ἃτ' ἄλλως ἢ ὀνόματι τῶν πελασγῶν.*

C A R N I, C A R N I O L A N I, &
 C A R I N T H I I usque ad Drauum, Illyri-
 cè loquuntur.

C A S V B I, aliàs Cassubitz, Illyricè lo-
 quuntur.

C B L

C E L T I C A lingua, uide Gallica.

D E C H A L D A I C A L I N G U A,
quæ & Aramæa, & Syrorum & Assyriorū,
& Babyloniorum uocatur.

C H A L D A I C A lingua hodie eru-
ditiores in Aegypto & Aethiopia utuntur, ut
audio. Hebraicæ confinis est, nec fortè multò
amplius differt quàm Dorica à Græca cōmuni.

Oratio Dominica isti lingua Syriaca uel Chal-
dæa ex Euangelio Matthæi, Vien-
næ impresso.

A B V N dbischmaia uithkadasch schmochi.
thithe malchuthoch, uehue tzebionoch eicha-
na dbischmaia aph bearaa, heblan lahhma dsun
kanan iomna. Vafschbuk lan hhoboin eichana
deaph hhanun schabakan lehhiaboin. Vela tha-
alan lenifaiona. ela phetzan min bischa. Methil
ddiloch hi malchutha, uehhaila, uethaschbuhh-
tha lealam, almin.

Hac lingua utuntur hodie in sacris! & gram-
maticis (alioqui uulgaris sermo Arabicus his est)
quã plurimi Christiani, q̄ in tota Syria habitant,
sed p̄cipuè circa montē Libanū, ad quatuor mil-
lia hoīum, uulgo Christianos de Zona dicūt.

Chaldaicos in ripa repertos characteres à tran-
situ fluminis uocant. ¶ Chaldaicam eandē esse
Babyloniam certò nouimus, Munsterus. Vide
etiã supra in Aethiopū lingua. Philo Iudæus

C

C I. C R.

Hebraicã uocat ut audio, & contra. Falconis sacri genus primũ secundũ Babylonios & Assyrios uocatur seph: alterum genus dicitur semy: tertium hynaire, & peregrinus, ab Aegyptijs ac Assyrijs, Tardius.

C I R C A S I Quinquemontani circa Pontum, aliãs Ciercasi circa mare Caspium, Illyricè loquuntur. Hi, ut audio, in Africa aliquandiu imperarunt, Mamaluchi etiam dicti.

Circasi uersus mare Hyrcanum, gens bellicosissima, quæ longo tempore Aegypto cum Syria sub seruorũ (*forte quia serui dicuntur sclauui*) nomine imperauit, ex Sclauorum gente originem sumpsere, linguaq; utuntur Sclauonica, ac Christi fidem secundum ritum Græcum sequuntur, Bilibaldus Pirckeymerus.

C O L C H I S lingua eadem est quæ Aegyptijs, Eustathius in Dionysium.

C O R A L I Illyricè loquuntur.

C R E S T O N I A T A R V M lingua, lege in Pelasgica ex Herodoto. Est autem Creston urbs Thraciæ.

C R E T E N S E S Græco sermone utuntur. hi apostolos Hierosolymis in Pētecoste sua dialecto loquētes audiuerunt & admirati sunt.

C R O A T I, aliãs **C H R O A T I**, & **C V L M I I** lingua Illyrica loquuntur.

C V R O R V M lingua, uide supra in Britannica uetere.

C Y P R V S hodie Venetorum imperio parat.

paret. Insulani Græcè loquuntur etiamnum, sed corruptè. Antiqua mensium nomina usitata eis hæc fuerunt: *Ἀφροδίσι* ☉, *ἀπογονικὸς*, *αἰνικὸς*, *ἰένι* ☉, *λευκοσάρε* ☉, *σεβασὸς*, *αὐτοκρατορικὸς*, *διμυθρησίσι* ☉, *πληθύνται* ☉, *ἀρχιτεχνὸς*, *ἰαδί* ☉, *ῥωμαῖ* ☉.

C Y R N I O R V M (qui Cynnum, id est Corsicam incolūt) lingua exules seu profugi dicuntur balari, Pausanias.

D A C O R V M et Getarum sermo idem est, Strabo lib. 7.

Tibiscus Fl. Ptolemæo limes est ueteris Daciae, cuius cultissima pars est Transsylvania, provincia multis habitatoribus frequēs. Nam eam & Germani, quos appellant Saxonas: & Hungari, & Hungarorum antiquissimi Siculi dicti, (qui lingua sua sunt Zekheli, & ad huius imitationem à quibusdam uocantur Ceculi) incolūt: ut omittam peruetustas Romanorum reliquias Valachos, qui frequentes ibidem uicos et pagos habent. Potiuntur tamen rerum Hungari, & penes eos imperium est: eoque fit, ut Transsylvani quoque Hungarorum nomine censeantur. Est uero planè mirabilis diuersarum, nec unius linguae per uniuersam Hungariam gentium mixtura, quemadmodum à me dicitur prolixius ea in cōmentatione, qua res Hungariae, & populorum in ea origines, appellationes, leges, mores, instituta conor explicare, Georgius Vuernherus in Hypomnematō de admirandis Hungariae aquis.

D A L. D O R.

¶ Dacicas aliquot stripium nomēclaturas legere memini inter illas quæ Dioscoridi attribuuntur, ex quibus tamen qualis hæc lingua sit, uel qua cum ei conueniat, conijcere non possum: ut Cotiata, gramen: Cerceraphron, anagallis purpurea: Caropithla, catanance: Aniassexe, onobrychis.

D A L M A T I C A lingua, uide infra in Illyrica.

D E O R V M L I N G V A.

H O M E R V S nomina quædã humana, alia diuina facit: diuina nimirũ illa uocans, quæ quàm rectissimè seu uerissimè facta sunt. ut fluuij quæ deos Xanthũ uocare ait, hoies uerò Scamandrum: & auis quam dij Chalcidẽ, homines cymindin, & urbis quã tum Batiëam tum Myrinẽ appellari canit. Idem filium Hectõris Scamãdrium à mulieribus, à uiris (rectiùs nimirũ) Astyanactẽ uocatum ait, Plato in Cratylo.

¶ De lingua deorum plura quære apud Homerum, & Scholiastẽ Odyssææ. & supra ubi de linguis in genere scripsimus, ex Clemente.

D I B R I O R V M sermo Illyricus est.

D O R I C A L I N G V A.

H O M E R V S ut alijs Græcæ linguæ dialectis (inquit Plutarchus) ita etiam Dorica usus est: ut cum dixit consueta Doribus ellipsi, δᾶ pro δᾶμα: & ὀ pro ὀτι: & ἀψ pro ἀπίου: & ἀπο pro ἀποτι. Item per syncopen ὄπηρας, pro ὀμήπηρας:

&c

& οἰτίας pro ὁμοιότης : & ὀπάτριον pro ὁμοπάτριον : &
 πρῶν pro πρῶμεν : et τίω pro Τιμῶ. Solent etiā Dôres
 literas transponere , ut λέαρῖστοι pro λεραῖστοι , Hæc
 ille. Dôres etiam τ. aliquando pro κ. scribūt,
 ut τῆνϙ pro λέανϙ : aliquando econtra. Et futu-
 ra circumflectunt, Αξῆ, λαψῆ. & in secundis perso-
 nis iota omittunt, τῆνϙ, pro τῆνϙε. Alpha quidē
 pro ἴτα ponere eis frequentissimum. ¶ Qui Do-
 ricè scripserunt nonnulli extant, ut Theocritus
 pœta, Timæus Locrus de natura. Lacedæ-
 monij inter Dores excelluerunt Cræsi tempo-
 re, Herodotus. De Laconica lingua leges in-
 ferius in elemento L. Dores præcipuè, ut pla-
 tystomi, incessuntur à Græcis, & iusto frequen-
 tius in dictionibus a. literā ingerant. unde apud
 Theocritum garrulæ mulierculæ coarguuntur
 πλεῖστα δ' οἰσαι ἄνωγα, ut quæ Syracusæ forent, Cæ-
 lius Rhodiginus.

E L A M I T A E Arabia gens apostolos
 Domini Hierosolymis in Pentecoste sua lin-
 gua loquentes admirabunda audiuit.

E P I R O T A R V M lingua Illyrica est.

G A L A T A E qui super Phrygiam in-
 colunt, coccum fruticē lingua uernacula
 hys nominant, Pausanias in Phocicis. Est autē
 is frutex eiusdem generis cum ilice aquifo-
 lia, quam Galli Europæi hodièq; hous uel hus
 appellant. quare hoc etiam argumento Galata-

D D L I N G V A

rum in Asia eandem esse aut fuisse linguã, quæ in Europa Gallorum est aut fuit, euinceretur. Vide plura mox in Gallica lingua uetere. ¶ Trocini (*Germaniæ populi*) à lacessendo dicti: ita tolitobogi à ferendis arcubus cognominati: focij Brenni & Theffaloni, in Asia sedes posuerunt, dicti Galatæ, ad quos d. Paulus scripsit, Io. Auęntinus.

D E G A L L I C A L I N G V A, uetere primum, deinde recentiore.

D E Lingua qua Heluetij & Galli Iulij Cæsaris tempore usi sunt, duæ sunt coniecturæ. Quidam enim putant (ut Beatus Rhenanus) Gallicam linguam tunc neque cum Germanica, neque cum Francica, qua hodie Gallici utuntur, communicasse, sed propriam extitisse linguam. Alij uerò (ut Aegidius Schudus & Henricus Glareanus) Gallos tunc usos putant lingua Germanica, potissimum ea qua adhuc Heluetij utuntur: habenturq; utrinq; probabiles rationes, Seb. Munsterus. ¶ Inter nomenclaturas stirpiũ Dioscoridi attributas, Gallicæ etiã pauçæ leguntur: ut bacchar, id est asarum: beliocandas, id est millefolium: corona, id est argemone: ducone, id est ebulus. In Marcelli empirici etiã libris Gallica quædam nomina herbarum inuenio, ut sunt, ratis, id est filix: bricumus, id est artemisia: baditis, id est nymphæa. & ignotæ, uernetus, blutthagio. itẽ uisumarus, id

id est trifolium: gilarus, id est serpillum. Videtur autem terminatio in arus frequens fuisse ueteri Gallicæ linguæ. nam & uirorum nomina propria in maris aliquot legimus, ut sunt ueterum Germaniæ regum, Visomarus, Vadomarius, Chonodomarius, Richomarus, Theodomarus, Viduarius, Suomarius, Hortarius, Rumarus, Arabarius, Nodomarius, Viridomarus, & Gelimeris Vandalorum rex. Item quæ hodieq; in usu sunt, Otmarus uel Ottomarus, Detmarus, Hincmarus, Danemarus, Drutmarus. Et forte hæc nomina pleraq; composita sunt, ex duobus, priore in plerisque obscuro: posteriore uero maro uel marco, id est equo. nam & Græci multis nominibus proprijs equum addiderunt, tanquam nobilitatis notam, (Aristophane in Nubibus teste) ut Philippo, Ctesippo, Speusippo, &c. Auentinus tamen mar uel meer ab augendo deriuat, quod Germanis est meeren. Ceterum ut marus uel marius uirorum: ita dunum uel durum in uetere Gallica aut etiam Germanica lingua multis oppidorum nominibus proprijs siue terminatio, siue potius uocabulum alterum est duobus compositis adijciebatur: ut sunt, Lugdunum, Lugodunum, Iucerdunum, Cambodunum, Carrodunum, Tarodinum, Gessodunum: Gaunodurum, Marcodurum, Batauodurum, Bracodurum, Bocodurum, Nouidurum, Ventodurum. & similiter magus, ut Breucomagus, Rhotomagus, Neomagus, Berbetomagus, No

nomagū, Rigomagus, Duromagus. In mundus quoq; terminationē uideo antiquā, quod nomen Germanis os hominis significat: inde uirorum nomina, Sigismundus, Trasmundus, rex apud Fulgentium, Emundus, Guimundus, Reimūdu, Varemundus, & Rosemūdu apud Marcellinū, si bene memini: Segimundus apud Tacitum. Item in ricus, quod diuitē significat, ut Héricus, Dieterichus uel Theodorichus, apud Suidam & alios, Fridericus, Ericus, Venericus, Heimericus, Helpericus, Huldricus, Gundericus. & apud Marcellinum libro 31. Athanaricus, Viderichus (quod ad Fridericum accedit) Ermenrichus, &c. & apud C. Cæsarem in rix, Orgetorix, Dumnorix, & Viridomix, nisi legendum potius Viridorix, id est Fridericus. Et in manus, ut Almanus, Adelmanus, Ringmanus, Hartmanus: & apud Marcellinum Lagarimanus. est autem man uir, lingua Germanica. Item in baldus, boldus uel poludus: in bertus, artus, uel hartus. Theudibertus, apud Suidā in *ὀνόματι*. talia sunt, Rupertus, Giselbertus, Dagobertus, Hildebertus, Vilpertus, & alia innumera. A principijs uerò nominum compositorum sæpius uit syllabam seu dictionē potius animaduertimus in proprijs hominum apud Marcellinum, & alios, quæ fortè à Germanica frid pacem significāte, sumpta est, r. litera omissa, uti in Videricho: ut sunt Vithe-ricus Greuthungorū rex, Vithimiris rex, (eiusdem

dem significationis puto cuius Britomarus, & Viridomarus, id est pacem augens:) Vitichabius uel Vithigabius Alemannorum rex: Vitrodorus Quadorum rex: Vitiges uel Vitigites. Fuit & Viturgia uxor Proculi, quæ se à Francis originem trahere dicebat. Sed hæc pluribus persequi instituti nostri breuitas prohibet. ¶ Galatæ super Phrygiam coccum fruticem, hys nominant, Pausanias. eiusdem speciem maiorem, id est ilicē aquifoliã Galli hodie hous uel hus.

¶ *Drau / Drou* fides est Germanis: drauen/trouen fidem habere. fœminarū inde complura nomina, ut Gariodruda, Ariodruda. et Druides philosophi Galliæ pulsī à Tiberio Cæs. in Germaniam. Vulgus adhuc cuiusdam numinis genus esse putat, quod noctu premar fontes: & quo infantes territant: saltationis, figuræ Mathematicæ, calcei etiam philosophici genus adhuc nomen ab ipsis retinet, Auentinus. Videntur igitur Druidæ dicti à fide, quæ eis tanquam sacerdotibus & sapientibus fides à uulgo haberetur. Hi sunt, ut conijcio, qui postea à Germanis studiosi peregrinantes dicti sunt, die farenden schüler, qui Salamanticæ in Hispania patrum nostrorum memoria in subterraneo gymnasio magiam edocebantur. Bardi etiam sapientes, & Musici apud Germanos à peregrinando dicti uideri possunt, die farenden. A fide etiã Galli hodie inducias uidentur troues nominare, quæ hostes de ijs inter se fidem dent. ¶ *Celtæ*

D E L I N G V A

Herculem suum Ogmium sua lingua appellat, Lucianus. ¶ Antonio primo Tolosæ nato, cognomen in pueritia Beco fuerat: id ualet gallinacei rostrum, Suetonius. Galli quidem hodie omne rostrum cuiusuis auis bec appellant. Gybertus Longolius becrostri nomen Germanicum esse scribit, usitatum fortè Germanis inferioribus. ¶ Columbinam (argillam uel margam) Gallia suo nomine eglecopalam appellat, glebis excitatur lapidum modo: sole & gelatione ita soluitur, ut tenuissimas bracteas faciat, Plinius.

Gallia est omnis diuisa in parteis treis, quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani: tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt, C. Iulius Cæsar. ¶ Celtas non solum Gallos, sed etiã Germanos, à ueteribus, præsertim Græcis, communi nomine appellatos, multis testimonijs approbare possem. Herodotus Danubiũ in Celtis oriri scribit. ¶ Celte nominati sunt ab authoritate, *διὰ τὴν ἰσχυράνην*, inquit Strabo libro 4. Ipsorum lingua Gelter, quòd multum ualebant, Gelten enim est ualere: unde & Gelt apud eos pecunia dicitur. Græci rectius per γ. Galatas scripserunt, quàm Romani per κ. Κέλτας. (atqui Celtas etiam Græci scribunt, & nisi fallor antiquius apud eos Celtarum quàm Galatarum nomē est. ut Κέλται sint Celtæ, Γαλάται uero Galli.) Porro Galli nomina populorum frequenter

quenter in er terminant, ut etiamnum Heluetij in usu habent, *Gelter, Belger, Treuer, &c.* Patet autem tam latè Celtae nomen, ut non modo Galliam omnē, sed uniuersum occidentem occupasse affirmet Strabo: à quibus Celtiberi Hispani, & Galatae populi ad Pontum Euxinum, ad quos diuus Paulus scripsit, originem referant: & hodie Portugalli, Henricus Glareanus in suis in *C. Iulij Cæsaris Commentarios* annotationibus, ex quibus sequentia etiam de uetere lingua Gallica adscribere libuit.

De uetere lingua Gallica Hen. Glareani iudicium.

Lingua Gallorum multis de causis creditur ea esse, qua hodie Rhenus utitur, maximeq; Heluetij & Sequani Rhenani. Primum enim constat *C. Cæsarem* bello Gallico per interpretem locutum cum Gallis. Deinde eam quidem linguam, qua hodie Francia utitur, Romanam esse, quanquam corruptam, nemini est dubium, quippe adhuc de prisca lingua Gallica innumeras retinentem dictiones. Non igitur Francica lingua olim Galli locuti sunt, sed alia. Verissimum autem est ea locutos lingua, qua adhuc ij Galli utuntur qui Francicè non loquuntur, ut omnes populi circa Rhenum, proximi tamè Rheno, Heluetij, Rauraci, Sequani, Elsatice, Tribocchi, Vangiones, & ferè tota Belgica. Nec mirum hoc uideri potest ei, qui considerat populū

Brasmiratio.

Budæratio.

DE L I N G V A

Rom. suos exercitus frequēter in Gallia habuif se, atq; adeò in Galliæ fœcundiore parte: diu-
tiusq; pressam, quam nunc Franci inhabitant.
Gallię partem, seruitute Romanorum. Rhenus
quippe & Germania citius à Romanis q̄ Gal-
lia alia defecerunt. ideoq; factum est ut Roma-
ni non potuerint suam in Germania ac regio-
nibus Rheni ita celebrem facere ac uelut propa-
gare linguam, ut in reliqua Gallia, Hispania &
Italia fecerunt. Neq; nihil ad rem facit quod Prę-
tores Romani ius non dabant nisi sua lingua,
& miles Romanus ægrè cum plebe, alia quàm
sua lingua loquebatur. Itaq; coacta est misera
plebs Romanam discere linguam, sed male, sed
mutulate, sed ita ut in ea ubiq; prisçæ linguæ ue-
stigia inuenias: Latinæ uerò sonum in thematis
audias, imò prisçæ accentus aliquot, uoculatio-
nem, pronunciationem, præteritorum perfectio-
rum per habui periphraeis: articulos itē quos
Latina lingua non habet. Deniq; plurima nomi-
num themata, qualia sunt ignis, puluinar, arma,
ciuis, lorica, galca, gladius, sæpes, tunica, accipi-
ter, peluis, pastillus, scamnū, cancer, caper, cam-
pana, mamilla, uexillum, calcar, diues, thorax,
manipulus. Et uerborum, ut sunt dimitto,
frico, occido, careo, lacero. Sed planè ineptus ui-
dear, si ea omnia persequi uelim quæ iustum re-
quirerent uolumen. Hinc satis liquet Heluetio-
rum linguã ac Rheni uerè Gallicam, nisi quan-
tum Germani quædã miscuerunt, maximè in-
fra

fra Argentinā. Spiræ enim, Vornatiæ, Moguntia, ac in circuniacentibus ea Rhēni parte populis mixtus est sermo ex Germanica ac Celtica linguis. neq; enim purè Germanicè, neq; purè Celticè loquuntur. Heluetij autem, Rauraci, Sequani Rheno proximi, Brisgoenses ac Elsatici, magna ex parte merè Celticè loquuntur. Non mirum igitur q̄ scriptum reliquerit diuus Hieronymus, Galatas, ad quos scripsit diuus Paulus, quiq; à Celtis descenderunt, ut author est Liuius lib. viij. quartæ Decados, eadem locutos suo tempore lingua, qua Treuiri utebantur. Galatæ in Asia.

Quis autem nescit Treuirorum linguam antiquam esse, nec multò à Germanorum lingua diuersam? Et si concedi oportet quod Strabo ait libro vij. Germaniæ uocabulum Romanorū esse, quam aliam causam fuisse credimus Romanis, quòd eos Germanos appellarint, quàm q̄ uel lingua & moribus magnam cum Gallis haberent communionem? Vel, quod quidam nō absurdè argumentantur, ab ipsa inter ipsos appellatione? Fratres enim sese etiam nū hac tempestate in rebus serijs ac bellis uocant. Id Romani siue per se de Germanis rescuerint: siue à Gallis didicerint, parum constat, neq; huius est negotij. Nos enim hic de Gallorum linguis tractamus, inter quas (ut Cæsar ait) differentia aliqua fuit, ut etiam nū hodie est. Celtæ enim perpetuò habent s, ubi Belgæ t. ut Wasser/watter: Groß/grott: Das/dat. De Aquitanorum lin- Celtarum & Belgarū lingua.

gua, ut Celtica & Belgica uel conueniat uel di
 screpet, nihil nobis constat. Existimamus autem
 eam totam sublatam, cum multæ nationes ad
 huc Celticam habeant, multæ Belgicam. Celti-
 cam, ut diximus, Heluetij, & proximi sub eis ad
 Rhenū populi: Belgicam ipsi Belgæ, qua Rhe-
 num contingunt & Oceanum Germanicum.
 Quicquid sub Agrippina Colonia, Cliuenses,
 Geldrenses, Brabant, Flandri, Iuliacenses, Hol-
 landi, Selandi: & in Germania Vuestphali &
 Saxones aliqua parte. Nihil tamē impedit quin
 communi appellatione eadem ac tunc nomine-
 tur, quanquam non usquequaq; eadē, sed pau-
 lulum uariata: id quod in Græca lingua quoq;
 accidit. Porro id non est paruum argumen-
 tum, Heluetiorum linguam uerè esse Gallicam,
 q̄ Latini authores multa Gallicæ linguæ uoca-
 bula recensent, quæ etiamnum in Heluetiorum
 sunt lingua, quanquā à Romanis scriptoribus
 partim malè scripta, partim malè percepta, utpote
 quæ, quòd barbara non magnopere curarēt,
 obiter duntaxat in operibus recenserent. Quæ
 tamen ipsa nobis argumentò sunt, Gallicam lin-
 guam in aliqua apud eos fuisse existimatione.
 Itaq; Cæsar Gallorum propria, & maximè Hel-
 uetiorum nomina mirè torsit, omiſſis sæpe ac
 mutatis literis aliquot, ut Latinæ declinationi
 apta fierēt, de quibus paulò post dicturi sumus.
 Idem Plinius fecit, qui Gallus fuit, ex ipsa adeò
 Gallia Cisalpinga, ut Romani loquuntur, natus:
 quem

Hel uetiorū
 lingua uerè
 Gallica.

Plinius.

quem nostram scisse linguam non est dubium, ac eam magni fecisse, quippe qui in tam nobile De natura opus toties inserere uoluerit. Ea tamen uerba temporum iniuria adhuc magis deprauata apud eum leguntur, nemine de ea lingua ab mille annis curante. Ita lib. 18. cap. 18. aratra rotulis instructa Gallicum inuētum pflugrat rectè nominauit: ubi tamen codices Plummarat, aliq̄ Planarat habent. quidam in planetas, ut se prorsus ineptos ostenderēt, mutarunt. Apud eundē libro 3. cap. 16. Bodincum Padum Gallica lingua à Liguribus dictum ait, quod significet fundo carentem: & Bodincomagum oppidum eodem tractu esse. Heluetiorum lingua uocat Bodenmangel. Padum item à picea arbore, quam Galli ita uocent, nominatum, (quod & M. Porcius Cato testatur.) p̄ch̄ uult dicere, quod adhuc manet in nostra lingua. Ita apud Suetonium in Galba, præpinguis Gallicè Galb intelligitur, sed uitulus potius. Nam ita præpinguem ac obesum hominem per iocum uitulum uocamus. Et Beco rostrum apud eundem in Vitellio adhuc habent Belgæ nostra ætate in sua lingua: Heluetij uerbum inde Becken, id est rostro ferire. Multa his similia enumerat D. Aegidius Tschudus V. C. apud Heluetios, in libro de Rhæticiæ antiquitate & tractu Alpinarum gentium. Porro Francorum hodierna lingua ex duabus linguis est, ex prisca Celtica & Romana. in qua Romana tamē, quod ad the-

nata attinet, dominatur.

Non est dubium (inquit idem Glareanus) omnia nomina Gallica quæ Cæsar in x. terminat, apud Helucios in z. literam Græcam scripta fuisse. Vtebatur enim literis Græcis, quibus linguam suam Gallicam, non autem Græcam scribebant. Itaque cum lingua Latina nullum nomen in ch. habeat, & omnino Cæsari ea nomina in formam Latinā reducenda erant, aliquando deflexit ad x. literam proximam figura ad z, ut tertiæ declinationi apta fierent: aliquando ad c, uel g, ut in secundam declinationem uenerent. Itaque ex Ηρωριξ fecit Orgentorix: ex Castrich, Castigus. Rursus ex Ερωβριξ fecit Cæsar Vergobretum: ex Αἰμριξ, Ambiorix: ex Καθημαντα, Catamanteles: ex Θύμριξ, Dumnorix: ex Λιτανιξ, Litaicum. denique ex Germanico Ernst, Ernestum: quod nomen postea corruptum est in Arionistum, ac rursus dein in Ariouistum, (Auentinus interpretatur Ariouistum, Erenuest: Arionistū uero Ernst: Arionardum, Erhard: Arionoldum, Arnold uel Erenhold, &c.)

Et rursus alibi, Plinius ingens antiquitatis amator, mirè Gallicam linguam suspexisse uidetur: nempe qua olim maior Occidentis pars locuta est: præterea tota Gallia Cisalpina, in qua ipse natus erat. Sed dii boni quàm corruptè apud eum leguntur nomina, ut aut Delio natatore, aut Oedipo aliquo coniectore sæpe opus fuerit, qui ea expiscari uolet.

Illud

Galli Cisalpini.

Illud paucissimis eruditis notum (inquit Io. Auentinus) quod referunt ipsi Galli apud Iulium Cæsarem, Belgas esse ortos à Germanis, Belgæ. & Rhenum antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosq; qui ea loca incolerent expulisse. Scribit Cor. Tacitus Treuiros circa adfectionem (*affectationem*) Germanicæ originis, ultro ambitiosos esse, tanquã per hanc gloriam sanguinis à similitudine & inertia Gallorum separentur. Fama quoq; constantissima & uulgatissima est, Treuiros primos esse Germanos, nimirum in Gallia Belgica, conditos paulò post diluuium, quo totum genus mortalium periit. Nostro æuo Belgæ ferè omnes, non solum Treuiri, bona pars Celtarum, institutis, lingua, moribus Germani sunt, Germanis parent, Germani uocantur. Quatuor potentissimi Electores Germani principes in Belgica & Celtica habitant. Imperator Germaniæ inungitur & coronatur apud Belgas. Si Galli sunt, nesciunt. Si Gallos dixeris, indignantur. Maxima pars imperij Germanici intra Gallias est. Franci, Burgundiones, Nordmanni, qui cæteras Galliarum partes obtinent, oriundi ex Germanis sunt. Ex Germania profecti, expulerunt Gallos Romanos. Treuiri

Rursus, Celtas & Gallos ueteribus eosdem esse Germanis, & ueterem Gallicam linguam Germanicã, ex Io. Auentini Annalib. Boiorũ,

D

D E L I N G V A

Prisci Annalium scriptores (sicut Ephorus & Strabo , graues in primis authores tradunt) **Scythæ.** omneis populos subiectos Aquiloni Scythas: occiduo uerò Soli , tum Gallos Galatæue, tum Celtas aut Celtoscythas in communi cognominauerunt. Quamobrem in Annalibus ferè, apud eos præcipuè scriptores , qui ante Romanos imperatores uixerunt, Germani haud aliter quàm Celta & Galli Galatæue appellantur. Aristoteles libro 2. Meteorologicôn, Celtis Istrum, qui Germanorum est, attribuit. Diodorus Siculus in libro 6. regionē inter Rhenum, Danubium, Scythiæ conterminam, ubi & Hercynium iugum est, Galatiam magnam, uti Ptolemæus magnam Germaniam nuncupat. Teutonas, Cimbro, Boios, haud dubiè Germaniæ gētes, Salustius, T. Liuius, Cor. Tacitus, Festus, Gallos : Appianus Alexandrinus Celtas nominat. Sextus quoq; Rufus, uir cōsularis, qui ad Valentinianum imperatorem scripsit, non aliter quàm Gallos, Germanos uocare solet. Gallos quoq; qui Romam incenderunt, Delphicū templum spoliarunt, in Asiam profecti sunt, Teutonas Germanosq; fuisse, authores habeo Diodorum Siculum, Appianum Alexandrinū, diuum Hieronymum, Gotofridum Viterbiensem : quemadmodum & uernaculis apud nos Annalibus proditur, & carminibus antiquis celebramus. Compertum ego habeo Gallicam linguā eam uocari, quæ modo est Teutonum.

Cato,

Gallica lingua.

Cato, Plinius, Sextus Ruffus, Festus Pompeius, Diodorus Siculus Padum, Podincum, Bulgam, Bergomum, Cimbrum, Emporedū, Rhedam, Pyrenen, Ceruifiam, docent Gallica esse uocabula: & ualere, piceam, fundum, saccū scorteum, montanam urbem, latronem (*uel pugnacem*) equorum domitorem, currum siue rotam, combustum, potum ex hōrdeo. His omnibus uocabulis Teutones adhuc utuntur, ipsisq; ualent quemadmodum ab illis refertur scriptoribus. Adde q; omnia nomina propria populorum, regum, ducum (quos authores rerū Gallos uocant) Germanica Teutonicaq; sunt, & adhuc usurpantur. Sicuti Sigouēsus, Bellouesus, Lutharius, Viridomarus, Britomarus, Brennus, Thessalonus, Tectosaces, Trocini, de quibus abunde supra in initio explanauimus. Libet docere quod perquam paucis esse cognitum animaduertō. Ioannem Stabium, Conradum Celtem, uates undecunq; doctissimos, quos ob eruditionē imperator Maximilianus Cæsar Augustus in aulam ultrō acciuit, in ea esse opinione audiui, quam referam. Quemadmodum Belgæ pars Celtarum adhuc Germanicè loquuntur, ita cæteros Gallos non alia lingua quàm Teutonum & Alemanorum (uti uocant) esse usos. Huius rei hæc maxima habent documenta, q; Strabo Germanos, quasi legitimos fratres, cognatosq; Gallorum legibus, moribus, lingua interpreterur. Quod etiā Iulius

DE L I N G V A

Cæsar narret se per interpretem colloqui Gal-
lis solitum: Ariouistum uerò regem Germaniæ
usum absq; interprete esse Gallica lingua. No-
strates insuper historici in treis diuidunt partes

**Galliæ tres
partes.
Narbo-
neni.
Aquitani.**

Galliam, Romanam, Teutonum, & Gallogre-
cam. Narbonensis uerius Italia est, ait Plinius.
incolæ se Italos etiam nunc esse contendunt.

Celtræ Aquitani ob longinquam seruitutem,
qua à Romanis oppressi fuerunt, in Romanos
ritus transformati, amplius proprię linguę me-
moriã non seruant. Romanè, corruptissimo
tamen sono loquuntur. Teutones, Belgæ &

**Gallogre-
ci.**

Germani sunt Cisrhenani. Gallogræcia Il-
lyricum, Pannonas, Noricum complectitur, q̄

proxima fuerit Græciã. Nec me fugit quosdam
aliter sentire de Gallogræcis, sed ego domestica
sequor testimonia. Deniq; philosophi Gallorū
Bardi Druidesq; pulsī à Tiberio & Claudio
imperatoribus Romanis, ex Gallijs in Germa-
niam magnam trans Rhenū, tanquam cogna-
tam & eiusdem sermonis gentem transmigra-
runt. Cæterum Gallos atq; Galatas à candore

corporis (*qui in Germanis candidior etiam q̄ in
Gallis spectatur*) dictos esse, quidam literis man-
darunt. inter quos est et d. Hieronymus in com-
mentarijs in Epistolam d. Pauli ad Galatas. suæ
sententię authores citat Lactantium, Sibyllam,
M. Varronem. Idem patrium Galatarum sermō

**Galatarū
in Asia ser-
mo.**

nem eum esse affirmat, qui sit Treuirum, quos
esse Germanos palàm et manifestum est. Appia-

nus

nus uerò Alexandrinus narrat Germaniæ & finitimis regionibus imperitasse quondam tres fratres, Celtem, Gallum siue Galatam, Illyrium: qui Celtas, Gallos, Illyrios condiderunt, &c. Illud præterire non debeo, Gallos plerosq; ortos esse à Germanis, ita ipsi Galli apud Cæsarem referunt: & Marcellinus ait, Gallos ex tractibus transrhenanis oriundos esse, indigenas quidè partem inhabitasse. Hoc satis quoq; constat, quemadmodum post natum Christum longo tempore Germaniæ coniuncta Gallia fuit, ex Germaniæq; ortis regibus paruit: ita ante Christum natum Germanis obedisse principibus: unumq; regnum, unū imperium cum Germania fuisse, authores sunt. Nam & Romani (uti scribit Tacitus & Cæsar) Galliam intrarunt uocati à Gallis contra Germanos. Pars Celtrarum, Belgæ uerò omnes, Burgundiones, Nordomanni, Franci ex Germania migrarunt, in Gallia sedes collocarunt, quas adhuc tenent, Germanicisq; cognominantur uocabulis.

¶ Beatus Rhenanus uir historiarum & totius B. Rhenanus. antiquitatis cognitione excellens, in Annotationibus, quibus Taciti libellum de Germania castigat, cum Gallis & Germanis communia quædam (quod ad corporis animiq; naturam) retulisset: Mox, Ergo quis (inquit) negabit, Celtas illos uetustissimos Germanis simileis, & uerè Germanos fuisse: ut planè dubium sit, nū sicut Belgicas regiones, id quod Cæsar tradit,

DE LINGVA

ita etiam Celtarū terras olim suis Germani siue Teutones colonijs repleuerint. nam propria regulorum nomina, apud Liuium Lutarius, Dolacus, Combolomarus : apud Cæsarem Li-
taucis, & Ambactorum uox pro clientibus, Germanicam etymologiam habent. De Belgarum nominibus minus mirandum.

DE GALLICA LIN- gua recentiore.

LATINAE linguę propagines, sed tē-
pore et uulgi imperitia ualde corruptę, sūnt tres
hodie uulgares linguę, Italica, Hispanica & Gal-
lica : prima minus, secunda magis, tertia maxi-
mē corrupta, hoc est terminationibus & literis
syllabisq; mutata & distorta: & insuper uocabu-
lis mixta alienis, ab eo nimirū tēpore, quo Go-
thi nō modo regna & regiones uastare, sed etiā
linguas imperio suo peruertere cœperunt. Gal-
lica igitur plurima habet Latina, quædam Go-
thica siue Germanica, (nam et Franci qui ceteris
imperant, à Francis Germanis descenderunt)
quædam de sua & uetere Gallica lingua, ut mi-
hi quidem uidetur. Dialectis uariat non pa-
rum. Est enim alia tersior, in parte quæ priua-
tim Francia dicitur : aliæ crassiores, ut prouin-
cialis, Lotharingica, Burgundica, &c. crassissi-
ma Sabaudica & circa Alpes Italiæ confines.

Oratio Dominica in Gallica lingua com-
muni & tersiore.

Nostre

N O S T R E pere qui es es cieulx, ton nom
 soit sanctifié. ton royaume aduiene. ta uolunté
 soit faicte ainsi en la terre comme au cieul. no-
 stre pain quotidien donne nous auiourdhuy.
 & pardonne nous nos offenses, ainsi que nous
 pardonnons à ceulx qui nous offensent. & ne
 nous enduy point en tentation: mais deliure
 nous du mauuais. Amen.

Hactenus in Gallica lingua, ut & cæteris ple-
 risq; omnibus barbaris, metra tantum homœ-
 oteleuta (rythmos uulgò uocant) nulla pro-
 fodiæ habita ratione condebantur. nunc uerò
 huius etiam ratio à quibusdam habetur. uidi-
 mus enim nuper Nicolai de Nisot Cenomani
 Phaleucium carmen Gallicum, quo Petri Bel-
 lonij Auium historiam Gallicè æditam cõmen-
 dar, huiusmodi:

Au iourdhui ie me uanteray de chanter
 Vn uers digne de toy, de chanter un uers
 Non encore receu. Ie ueux raconter
 De toy, Pierre Belon, cet heur, ce grand heur,
 Qu' en ton docte labeur le docte Francois,
 Qu' en ton docte labeur le simple Francois
 Recoit continuellement relisant
 Ta seconde leçon, &c.

Galli mitescere cœperunt posteaquam pro-
 uinciales facti sunt, quia Romani præsijs ex-
 ternorum militum Gallias ex maiori parte tu-
 tabantur, operam dantes ut ipsi provinciales
 quieti & ocio per uoluptates assuescerent. quod

tam sedulo factum est in Gallijs, ut non modo Romanorum mores induerint, sed etiam linguam acceperint sua fastidita, ac nomen. unde Lotharingi (& Sabaudi quoq;) omnes hodieq; se Romanos, suamq; linguam Romanam uelut à Romanis acceptā appellant, Beatus Rhenanus.

Cor. Tacitus in libro de moribus Germanorum Gallicam linguam à Germanica separat, cum scribit Gothinos Gallicam linguam coarguere non esse Germanos. nisi Gallicā linguā cum Glareano pro Heluetica accipias. Berossus quoq; Thuyscones & Celtas (id est Germanos & Gallos) distinguit.

G A Z A R O R V M gentes, quæ hodie Abgazari & Abgazelli à Græcis uocantur: nec non M E N G R E L L I, & Circassi habitant uersus mare Hyrcanum. Apud has gentes Tartari Sauolenses tela & alia comparant necessaria. Et hi omnes ex Sclauorum gente originem sumpsere: linguæq; utuntur Sclauonica, ac Christi fidem secundū ritum Græcum sequuntur, Bilibaldus Pirckeymerus.

G E O R G I A N I, uel ut à Turchis uocantur, Iuriani, non longè ab eo loco habitant ubi Georgos collocant Geographi, iuxta Albanos, lingua Græca utuntur in sacris: uulgaris eorū lingua Tartaricæ & Armenicæ media est.

G E P I D I S in usu est sermo Illyricus. Vide infra in Hungaris.

DE LINGVA GER-
manica.

DE GERMANICA lingua, quã aliqui eandem esse ueteri Gallicæ suspicantur, iam supra scripsi, præsertim quod ad uetera nomina propria: item in Anglica non nihil. Germanorum quidem nomē antiquius esse quàm Alemanorum cum aliàs constat, tum ex Fl. Vopisci Procuro.

De Germanica & Heluetica lingua, cui uacat, libri de alpinis regionibus Aegidij Scudideat capita 36.37.38. Ioachimus Vadianus de linguæ Germanicæ uetustate in hæc uerba scribit: Eos Germaniæ populos, qui ad Oceanum proximè, seu in ipsis insulis maris coluere, Vuigeuones dictos: qui in Rhenum & Danubium ab Oceano remoti, Isteuones: rursus q̄ mediterranei essent Hermiones, quasi Hernuones, appellatos esse author est Plinius. apud quem corruptam lectionem summa diligentia Rhenanus restituit. Enimuero Plinio tot annis in Germania militanti, nota fuisse id genus Germanica nomina, uel hoc unū magno argumento est, q̄ libro 10. de anseribus quos Germania gignit locutus: Candidi (inquit) ibi, sed minores, ganzæ uocantur. quæ uox adhuc durat, & anseres nostri uulgo ganzas dicunt. Sed procliu nimirum est tot sæculorum interuallo notatas uoces à scribis indoctis & linguarum ignaris corrūpi & deprauari. Quos igitur Germa-

Ioach. Vadianus.

DE LINGVA

na lingua Wigewoner/Witstewoner/Herde-
woner, illa ætate uocauit: Plinius haud dubiè
mollius, & ad Romanæ linguæ figuram defle-
xis uocabulis Vuigeuones, Vuitsteuones, seu
Isteuones, & Herdeuones dixerit. Neq; caret
etymo Herduundurorum (Hermundurorum)
uocabulum, ut alia multa uetera quorū adhuc
frequens est usus, Hæcille. Fuerunt Gothi,
qui Germani sunt, quod d. Hieronymus ad Su-
niam & Fretelam testatur. Quis hoc crederet
(inquit) ut barbaræ Getarum lingua Hebrai-
cam quæreret ueritatem, & dormitantibus imò
contententibus Græcis, Germania Spiritus
sancti eloquia scrutaretur? Ducū quoq; qui
in Gothica historia apud scriptores memoran-
tur, nomina, linguā Germana agnoscit. Et ho-
die in Taurica Chersonneſo multa millia homi-
num foris Græca aut Tartarica lingua, domi
Germana utuntur. Gothi aliquot seculis ante
inductā Romæ monarchiam, Mæotidis et Eu-
xini maris litora circumfuderunt longe in con-
tinentem Europæ & Asiæ progressi, armis om-
nia possederunt, &c. Iacobus Zieglerus.

Ister fl. cum Matóas olim diceretur, quod
Græcis est ἄσιος, (fortè ἀσίος,) cum Scythæ ali-
quādo tranſcientes damnum accepissent, Danu-
bium appellarunt, tanquam mali authorem,
Eustathius in Dionysium Afrum. Sūn quidē
uel Thūn Germanis est facere, uel uerò malū.
Scio recentiores quosdam Danubium quasi
Abno-

Gothi.

Getæ.

Taurica
Chersonne-
ſus.

Abnobium ab originis suæ loco dictum conijcere. ¶ Saxones columnam ligneam sub dio collocatam colebant, quam *Irminsul*, uel *Irmenseul* dicebant. fuit enim uel (hermæ, id est) Mercurij statua: uel commune profugium & omnium asylum, Gyraldus. Herculis quidem columnas etiam in Germania celebratas Tacitus refert. Audio ueteres Germanos Lunum quoque deum coluisse, & appellasse *Hermon*, id est dominum Lunum. quod fortè parum animaduertentes aliqui ad *Hermam*, id est Mercurium, transtulerunt. Lunæ quidem nomen Germanis masculino tantum genere profertur, *der mon*. Lunum autem tanquam marem & appellarunt & religiosè coluerunt. (De Luno deo mare plura cognosces apud Gyraldum Syntagmate 12. de dijs.) Hinc & *Hermunduris* fortè populis Germaniæ nomen. Deorum (inquit Tacitus) maximè Mercuriū colunt, cui certis diebus humanis quoque hostijs litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Sueuorum & *Isidi* sacrificat. Vnde causa et origo peregrino sacro parum comperit: nisi quod signum ipsum in modum *Liburnæ* figuratum, docet aduectam religionem, &c. Quærendum an *Isis* etiam Luna sit, & illa species *liburnæ*, non tam nauis, quam aliqua Lunæ crescentis figura. Erat & *Hertus* Germanorum deus, apud Tacitum, (non *Nertus* ut codices uulgati habent,) id est *Terra* uel *Tellus*, gene-

re masc. der herd: & si Tacitus deam fœminino genere facit. Auentinus terrã à nutriẽdo Nerth dictam putat. Legimus Langobardos proprio & peculiari cognomine Mercurium uocas se Vuoda, ut est apud P, Diaconum, Gyraldus. uidetur autem Vuoda scriptum pro goda, id est deo. sæpe enim reperio Vu pro g, poni, et cõtra; ut cum Vidus uel Guidus Guidoue scribitur: Guarinus aut Varinus: Vuarda uel guarda: Guelphus uel Vuelphus: Gallus uel Vuallus, uulgò Vualch. Tanfana Germanorum dea fuit, ut scribit Gyraldus, nescio unde dicta. Ab ñisdem Velleda & Aurinia colebantur, Velleda sub Vitellio fuit uirgo faridica. nescio unde facto nomine, nisi ita deriuare mihi liceat, sicut Auentino: ut sit Velleda, quasi Vilheida, uel Vuildheida, Veldheida, uel Vualdheida. Heid enim uel haid Germanicis est (ut Auentinus interpretatur) quæ fouet, nutrit, colit, alit. multa inde deriuata, ut Adaleda, Adelheid: Hedouica, Heiduuic. Heid quidem nobis etiam rus & agrũ significat, unde alimur: ut inde Heiden dicatur gẽtiles, quasi rurales et agrestes, id est externi & alieni à republica nostræ religionis: qua ratione & pagani dicuntur. Sit igitur Velleda, uel q̃ multum agri & ditionis possidet: uel quæ rure & agris gaudet, &c. Vel in fouendi nutriendiue officio assidua & diligens. Formantur & substantiua nomina multa in eit uel heit, ut Oberfeit / gütigkeit / wyßheit, & sic fortè Adelheit dicta fuerit

fuerit quasi ipsa nobilitas : weißheit, ipsa sapientia; et inde deflexum ad formā Latinam nomen, Velleda. facile autem fuit ff. in ll. mutare. Sed hæmeræ sunt coniecturæ, non tamen ad inueniendas plerorumq; priorum nominum ueras significationes profus inutilis. Meminit Velleda libro 20. Annalium Tacitus his uerbis: Velleda uirgo nationis Bruçteræ latè imperitabat, uetere apud Germanos more, quo plerasq; foeminarum fauidicas, & augete superstitione arbitrantur deas. Ad hanc non facile quisquam admittebatur. habitabat enim in ædita turre. & delectus è propinquis consulta responsaq; ut internuncius numinis portabat. ¶ Porro Aurinia mulier, quæ qualisue fuerit nemo dum prodidit. Ego alrunam, id est magam uel sagam quamdam fuisse conijcio. nam & nomen conuenit, et certum est alrunis mulieribus magnam olim auctoritatem fuisse: de quarum magia & diuinationibus ex sanguine humano, uel extis inspectis captiuorum, quos ipsæ gladijs occidissent, horrenda quædam scribit libro 1. Annaliū Boiorum Io. Auentinus, alirunas nominans. Etymologiam nescio, nisi hellerunas, id est secretò cum inferis & dæmonibus colloquentes interpretari liceat. runen enim insusurrare, uel secretò & in aurem colloqui Germanis sonat. Vel orunas aurunasue, id est aurisusurras: q; fortè murmurantes et susurrantes nec altiori uoce quàm susurri in aures fiunt, & cæteris obscu-

ra omnibus præterquam illi cui infusurratur; sacra & magica uerba sua proferrēt, & quasi cū dæmonibus susurrarent, eorumq; uicissim colloquia ipsæ solæ acciperent intelligerentq;. Vel aldrunas, id est uetulas murmurantes, nam canis capillis eas fuisse Auentinus refert. Quid si druidæ etiā quasi drunenden, id est die runenden dicti fuissent: similiter enim illi magi, et dæmonibus familiares erant. Alrunæ cuiusdam magæ, quæ Clodomiro primo Francorum in Germania regi uel primi eorum regis Antenoris patri ante Christi natiuitatē annis 433. uaticinata sit, meminit Sebastianus Munsterus libro 2. Cosmographiæ suæ. Hinc & mandragoram hodie alrunam uocāt, nimirum q; a magis illis ad suam magiam adhiberetur. nam quod ritibus magicis cani alligata erui debeat, adhuc hodie quædam fabulantur, qualia de radice batras Iosephus. ¶ Coluerunt & Teutanem Germani, cui humano sanguine sacrificabāt. Quamquam Iulius Cæsar aliter, libro 6. Belli Gallici; Neq; Druides (inquit) habent Germani, qui reb. diuinis præsent: neq; sacrificijs studēt. Deorum numero eos solum ducunt quos cernūt, & quorum apertè opibus iuuantur, Solem, Vulcanum, & Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt.

Sueuiam continuum montium (Hercyni nemoris) iugum dirimit: ultra quod plurimæ gentes agunt; ex quibus latissimè patet Lygiorum

rum nomē. Ex ijs etiā Naharuoli sunt. (Lygij Sueuorum populi, inquit Althamerus, iuxta Marco-
mannos, & Pannonos confederunt, hodie Hungaris adnumerantur. Et mox, Naharualorum & finitimo-
rum sedes Pomerani aut Hungarorum quidam tene-
re uidentur.) Apud Naharualos antiquæ reli-
gionis lucus ostenditur. præfidet sacerdos mu-
liebri ornatu, sed deos interpretatione Romani
Castorem Pollucemq; memorant. Eius numi-
nis nomen Alcis, nulla simulacra, nullū peregri-
næ superstitionis uestigiū: ut fratres tñ, ut iuue-
nes uenerātur, Cor. Tacitus. Althamerus Alcideam suspicatur etymo Græco dictam ab alce,
quod Græcis uim & auxilium significat: cum
Germanos multis etiam alijs Græcisticis uoca-
bulis uti constet, ex quibus multa adnumerat.
Ego uerò nunquam ab externa lingua originē
repetiuerim uerborum, ubi in uernacula repe-
riri potest. Itaq; Alcideam non deam, sed deos (ut
Tacitus scribit) ab illis uocatos coniecero, sua
lingua, id est Sueuica *Halgen*, id est sanctos,
nam & aspiratio sæpe à Latinis negligitur: &
c & g consonantes affinitatem habent. ¶ Plura
de dijs Germanorū in Scholijs Andreæ Althame-
ri in Tacitum leges: & supra in Anglicæ lin-
guæ mentione uerba Bedæ de dea Eostre.

Alcis, Cas-
tor, & Pol-
lux.

Germanorum (inquit Io. Auentinus libro 1.
Annaliū Boiorum) genera sunt quatuor. Teu-
tones, Venedi, Cimbri, Vgri. (Nos eius uerba de
Vencdis in Illyrica, de Vgris in Hungaricæ lingue

D E L I N G V A

mentionem referemus, hic de Teutonibus & Cimbris tantum.) Hi omnes lingua, institutis, religione, moribus differunt. Pictos, Hannonios, Luthareos, (*id est Lotharingos*) Burgundiones, Allobroges, Sabaudientes inter Germanos ne numeraverim, ambigo. medijs sunt inter Celta- rum Germanorumq; imperia. Germanis parent imperatoribus, primi semper in discordia, cuius

Teutones. utrinq; cura. Teutones à Celtis Alemanni: à Venedis Nomades ac Nemetes à iaculando nominantur: ab Vgris Scythulæ siue Scythæ, hoc est casei ac lactis uoraces: quos Græci tyrophagos & galactophagos nuncupant. Alij in superiores inferioresq; diuidunt. Cum reliquis omnibus mixtim habitant, ut ambiguum sit, quibusnam adscribas. maximam partem Germaniæ, Galliarum non paruum, Rhetias, Vindelicum non solum tenent, sed etiam implent. Eorum partes sunt Neruij, Flandri, Aduatici, Hollandi, Caninesates, Brabantini, Menapij, Geldenses, Bathaui, Selandi, Frisj, Saxones, (à quibus originem ducunt, Picti, Anglij qui Britanniam incolunt,) Pomerij, Mechaloburgij, Bratdeburchenses, Teutones olim proprie dicti, Borusci, Gotones, & Gutones: Leuonij siue Hileuiones sacratissimis Teutonum parent Equitibus.

Ducatuū hæc nomina sunt, Tungri, Agrippinenses, Eburones, Ducatus Limburgensis, Iuliacensis, Cliuensis, Sicambri, Bestouali. Præfectura prætoriana Rheni in cõplures dissecta principes.

cipes. Treuri, Vestria, Mediomatrices, Mogontini, Vangiones, Borsbetomagus : Nemetum Augusta Spira : Augusta, Romandorum, Luciloburgium, Basilea, Augusta Rauracum, Tribochi, Elisatij, Argentoratum, Strassoburgium, Argentuaria, Colmaria: Suitones, quos Oedognotes, id est confœderatos, uocamus : Sibenburgenses, Gepidæ in ueteri Dacia : Silesij, Lusacij. hi tamen, ut pleriq; alij, Venedis adscribi possunt. bilingues enim sunt. Lusatorum terrâ quondam Sueui Senones tenuerunt. Austriaci, Norici, Stirij, Chariones, Carni, utranq; Venedam & Teutonum linguam norunt. Tyrollij, Vindelici, Boij, Rheti, Sueui, Engadini, Curiij, Franci, Catti, Helsi, Bochi, Turogi, Moësi. ¶ Venedi nostro sermone, suo sunt Sclau: bilingues ferè sunt, in multarum gentium capita diuisi.

¶ Cimbrorum partes sunt Dani, Scandia, Selandia, Scandiauia : ubi Nordouici & Nordmanni, Suiones qui & Suesij, & Suedi, Fenni, Goti, ab his finus Codanus nomen habet. Græci Getas, Latini Dacos uocare solent. (*Getas à Gotis non distinguit. & Danos olim Dacos appellatos asserit paulo post in Sarmatiæ descriptione. Et alibi, Goti qui Dani, Daci et Getæ sunt, rege Berico egressi ad Danubium migrarunt in eas regiones, quas nostro æuo Vgri, Transdanubiani, Transsylviani, Septemcastrenses, Valachi tenent. Regnatum ibi à Getis & Dacis usque ad Valentis Augusti annū 14. Hunni tamen eos sedibus auitis eiecerunt. Getæ à Romanis in*

E

Thracia collocati sunt, &c. Septemcastrenses audio bodicę Germanicę loqui, cum uicinorum sermo circūquaq; Hungaricus sit.) Laruarum ibi ergastula exiliumq; : ipsi trollos uocant. Lingua eorum cum Saxonibus communitatem habet. Nam ego ante tres annos cū hęc proderem, legi epistolam missam à Christierno rege Cimbrorū, ad Vuilhelmum principem nostrum, Saxonū ferēsono perscriptam. Cimbros à tergo claudunt homines fyluestres, quos Vuildenlappos, hoc est ueros fatuos, adpellamus, nobilissimarum pellium commercio notissimos. conspectus aduenarum uitant. Fluminis ulteriore ripa merces positas, iuxta uenalia, tollunt, si placeat permutatio. Horum & Tacitus mentionē facit.

Quicquid intra Rhenum & Tanaim amnē continetur authores rerum Germaniam uocāt quæ terrarum Europæ maxima pluribus distinguitur nominibus. Nam & Scythia Getarumq; regio, qua contingit Pontum, uocabatur : ultra Vistulam, Orientem uersus, Sarmatia : citra uerò & Galatia, & Gallia, & Celtica. eadem etiam nunc Alemania, Francia, & Teutonia, Auentinus. Et rursus, A Scythia Tuisconis fratre Germani Scythæ appellati sunt : quemadmodum Plinius quoq; in libro quarto Naturalis historię prodidit.

Scythæ.

Ex Beroso. Tuisconum regnum uocat Berosus, quod à Rheno fl. per Sarmatas in Pontū finit. Anno sexto Semiramidis apud Rheni

ni Sarmatas regnavit filius Thuysconis Man-
 nus. Tempore quinti Babyloniorum regis
 Babel, regnavit apud Celtas Satron, & apud
 Thuyscones Inghaëuon. Arii Babyloniorū
 regis sexti anno 29. apud Celtas regnavit Dry-
 ius peritiæ plenus. Arali septimi regis Ba-
 byloniorum apud Thuyscones regnabat Her-
 minon, uir ferox armis, & apud Celtas Bar-
 dus inuentione carminum & Musicæ apud il-
 los inclytus, Hæc Berosus. Apparet autem om-
 nia hæc nomina propria ad Germanicum ser-
 monem pertinere, in quo quoniã nihil ferè an-
 tiquum publicè extat, pulchrè faceret si quis cū
 alia ex ueteribus antiqua uocabula, tum impri-
 mis propria locorum hominumq; ex antiquis
 pariter & recentioribus scriptoribus colligeret,
 ac inter se compararet, & explicaret etymolo-
 gias: nempe ex Tacito, Cæsare, Marcellino, Cas-
 siodoro, Saxone Grammatico, Vuitichindo,
 Cranzio, Althamero, Rhenano, Anëtino, Stum-
 pfio nostro & alijs. Multa iam annotauit Mart.
 Lutherus in libello de nominibus pprijs Ger-
 manicè ædito, dissimulato nomine suo. Opor-
 teret autem nomina primùm ordine literarum
 digerere, interpretationibus adiectis, & locis a-
 thorum qui meminerunt signatis, ut simul etiã
 indicis utilitas ex hoc opere in uarios authores
 haberetur. Deinde alium ordinem simpliciter
 iuxta terminationes enumerãdis uocabulis in-
 stitui, ita ut simul legerentur quæ unius termi-

nationis sunt, nempe in andus, in manus, in rix
uel ricus, in baldus uel boldus, in precht, mar,
hart, &c. ut aliqua ex parte supra in Vetere lin-
gua Gallica ostendi: & hæc etiam in suo quæq;
ordine alphabetica serie disposita. ex his enim
ordinibus & de orthographia melius iudicari
posset, & significatio fortè quorundam facilius
reperiri.

Framea.

Frameæ tanquam Germanici uocabuli Ta-
citus in libello de moribus Germanorū memi-
nit. *Rari* (inquit) gladijs aut maioribus lanceis
utuntur. hastas, uel ipsorum uocabulo frameas
gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri & ad
usum habili, ut eodem telo, prout ratio pōscit,
uel cominus uel eminus pugnēt, & eques qui-
dem scuto frameatq; contentus est. *pedites* et *mis-
silia* spargunt. Cæterum quænam huius teli
forma fuerit, aut quomodo hodie nominetur,
non satis constat. Coniiciunt aliqui *stilum fer-
reum*, qui in eandem uaginam peculiari loculo
cum *cultellis* inferi solet, quem uulgò uocant
ein pfriem, à *framea*, cuius formam referat (ma-
gnitudine tantum differat) sic nominari. So-
lent autem inferiores Germani p. ante f. ab ini-
tijs dictionum omittere. nam pro *pfaffo* dicunt
passum. sic pro *pframea* dictū fuerit *framea*, *te-
lum* fortè cum capulo & ferro oblongo (breui
tamen si ad gladium conferas:) dolo nimirum
(uel *dolcho* ut uulgò uocant,) oblongus, non
lato, sed angusto ferro. ¶ Sunt Germanis (in-
quit

quit ibidem Tacitus) hæc quoque carmina, quorum relatu, quem Baritum uocant, accendunt Baritus. animos, futuræque pugnae fortunam ipso cantu augurantur. terrent enim trepidantque, prout sonuit, acies. Nec tam uocis ille, quam uirtutis contentus uidetur. affectatur præcipue asperitas soni: & fractum murmur obiectis ad os scutis, quo plenior & grauior uox repercussu intumescat. Marcellinus in descriptione pugnae quam Iulianus Cæsar habuit cum Alemannis apud Argentoratum libro 16. barritum r. duplici nominauit: Cornuti (inquit) & Brachati usu præliorum diuturno firmati, eos iam gesta terrentes (forte, gesturientes) barritum ciere uel maximum. qui clamor ipso feruore certaminum identidem exoriens, paulatimque adolescens, ritu extollitur fluctuum cantibus (forte cautibus) illis. Rhenanus monet se in codice quodam legisse barditum: ueluti fit à uerbis, quæ Germani wort appellant, tractum uocabulum. nisi (inquit) debet esse blarritū. De cantu Germanorum prælium ineuntium Tacitus etiam libro 20. Vt uirorum (inquit) cantu, foeminarum ululatu sonuit acies.

¶ Adiatonus rex Sotianorum, qui populus est Celticus (Cæsar Sontiates uocat, & in Aquitania collocat) sexcentos circa se habuit electos, ut scribit Nicolaus Damascenus Peripareticus, quos Galatæ sermone patrio Silodunos nominant, Græcè *ἰνζωδιμαίους*, hoc est deuotos dixeris.

Silodunus
uel Solidus
rij.

D E L I N G V A

Deuouent enim illi se regibus, & uicturos se & morituros cum illis: quam ob causam dignitates ab eis accipiunt, & ueste uictuq; utuntur iisdem: & ad quemuis casum commoriuntur, siue morbo rex, siue in bello, siue aliter intereat: nec quenquam ex illis mortem regi communē ob metū subterfugisse aut detrectasse fama est, Athenæus libro 6. Hos quidē C. Cæsar lib. 3. de bello Gallico (unde Nicolaus sua fortè transtulit) non solidunos, sed solidurios uocat, quidam tribus syllabis soldurios legunt. Soldum autem Germani stipendium appellant, & hominem stipendium merentem *Söldner*. Potest et alia etymologia adferri. *Soll* uerbum debere significat, unde & stipendij nomen fortè deductum, tanquam merces militi debita: *duren*, idem quod Latinis durare: ut solidurij sint, qui debent durare, & casus omnes fortiter tolerare. Conueniret etiam Latina ratio, tanquam à solidè durando imposito nomine, nisi dictionem Gallicam seu Germanicam esse constaret. *Adiantonius* (aliàs *Adcantuannus*) qui summam imperij *Sontuatum* tenebat, cum sexcentis deuoris (eruptionem facere conatus est.) horum hæc est conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruantur, quorum se amicitia dediderint. si quid ijs per uim accidit, aut eundem casum unà ferant, aut sibi mortem consciscant. neq; adhuc hominū memoria repertus est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitie deuouisset,

uisset, mori recusaret, Cæsar. Est apud Heluetios longè antiquissimū oppidum quod Solitudurum uel Solodorum appellant, cui fortasse ab huiusmodi solidurijs nomen olim inditum fuerit. neq; enim alia eius nominis ratio certa est: & hodie Heluetiorum respublicæ inter se omnes deuotæ & fœderibus ferè solidurijs coniunctæ sunt.

Druidarum etiam nomen Germanicum uideatur, potius quàm Græcum à quercu factum, quam Græci dryn appellant. etiamsi Druidas Græcarum literarum fuisse peritos legamus, & Græcas literas in castris Heluetiorum olim inuentas constet: & quercum, præcipuè ex ea uiscum, in maximo honore à Druidis habitum: ut hodie etiam tum inter amuleta gestatur, tum inter remedia habetur. *Truw* nostri fidem appellant, & *truut* hominem *ἀξίονισον*, idest fide dignum: ut druida idem sit quod *πιστός* uel *ἀξίονισος*. Horum enim consilijs populus regebatur, his fidebat, & cum in sacris tum in alijs rebus agendis aut intelligendis ab eorum ore pendebat.

Proximis sanè seculis (inquit Beatus Rhenanus) *Trutonis* & *Trutomanni* nomē apud maiores nostros auditum est. testimonio sunt ueteres donationum & contractuum tabellæ. hincq; heroinarum Germanicarum uocabula *Adeltrudis* & *Gertrudis*. Galli uulgò *trucheman* uocant interpretem, siue à druidis, quos Cur sacerdotes in plerisq; regionib. plures una

lingua calluisse uerisimile est: siue quasi *tütsche man*/id est Germanum uirum, Germanicæ nimirum & Gallicæ suæ linguæ peritum. Sed de Druidis plura etiam supra in Gallica lingua ueteri scripsimus: & in Germanica in mentione alrunarum. Berosus apud Celtas olim Dryum regnasse perhibet uirum peritiæ plenum, à quo si quis druidarum nomen deduxerit, esto.

Sermo Germanicus, præcipuè Saxonum, literarum natura & potestate, diphthongorum uirum & numero, syllabarum pronuntiatione, declamatu, articulis, accentu, ratione loquendi, cæterisque huiusmodi dictionum proprietatibus, maximam habet communitatem, plurimum retinet commercij cum Græcorum lingua, rectiusque literis Græcis (*quàm Latinis*) scribitur. Infinita sunt uocabula, quæ nobis & Græcis idem ualent, Io. Auertinus: *Deinde enumeratis multis eiusdem significationis in utraque lingua uocabulis, demum subiungit: Qui diligentior fuerit & doctior, plura conquisiuerit. Vir doctissimus Io. Camerarius à Dalburgio, Vangionum pontifex, aliquot millia dictionum collegit, quæ utraq; lingua, Græca & Teutonica, idem significant, Hæc ille. Andr. Althamerus etiam & alij quidam uocabula Germanis & Græcis communia quædam annotarunt: sed omnium copiosissimè Sigismundus Gelenius noster in Lexico suo symphono, in quo ex quatuor linguis, Latina, Græca, Germa-*

Germanica, Illyrica, partim omnium, partim trium, partim duarum uocabula inter se comparat, dextrè sanè & eruditè. Sunt qui Hebraicè etiam originis plurima in lingua nostra obseruarunt.

Tuisco conditor Germanorum & Sarmatarum celebratur: quem maiores nostri uti nuncium ac interpretem deorum uenerati sunt. unde uerbum *tuischen* nobis est interpretari. Tradunt quidam Tuisconè literas quoq; inuenisse. Roxolani adhuc proprijs utuntur literis, non omnino dissimilibus Græcis. Venedi quoq; q̄ Dalmatiam Liburniamq; incolunt: quæ gentes omnes genere Germani sunt, & ex Germania uelut officina gentium prodierunt. Seruatur Reginoburgij in templo diui Haimerani uetustissimum diploma à Carolo Magno datum, Latino quidem sermone, alijs tamen literarum figuris scriptum, Longobardas quidam, alijs Geticas arbitrantur: perquam similes Græcis sunt. Monumenta & tumulos quosdam literis Græcis inscriptos in confinio Germaniæ Rhætiæq; extare lego apud Tacitum.

Maxima in nostra lingua facta est mutatio, adeò ut ea quæ olim fuerit, ægrè etiam peritus intelligat, Auentinus. Neq; id mirum, cum propter bellorum iniurias, & populorum migrationes: tum propter literarum & historiarum cultum neglectū. Nulla (inquit idem) in Germania gens est, præter Frisios, Nariscos (*populi*

E 5

D E L I N G V A

sunt Boioariae, quorū regio uulgo Norca uel Nordge, id est Aquilonaris terra, uocatur) Francos, quæ uel uetera cognomina, uel ueteres suas sedes ob tinear: quod à perquàm paucis animaduerti non uehementer mirari non possum. Idem in libro 1. Annalium Boiorum nominum priorum uim explicans, non uulgariter linguā nostrā illustrat, & orthographiæ rationem aperit cū aliâs, tū peculiariter circa principia literarum, quarum ordinem sequitur: unde ego nisi breuitati studerem, pleraq; huc transcripsissem.

Apud eundem legitur, post Friderici secundi fata demum Germaniam suum sermonem literis Latinis depingere didicisse. Coniecerim aut prius uel Græcas uel Gothicas literas in usu Germanis fuisse.

Carolus Magnus.

Carolus Magnus (ut Eginhartus ipsius alumnus & scriba tradit) omnium nationum quæ sub eius ditione erant, iura quæ scripta nō erāt, describere ac literis mandari fecit. Inchoauit & grammaticam patrij sermonis. Mensibus etiam iuxta patriam linguā nomina imposuit: quum ante id tempus apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus appellarentur. Itē uentos duodecim nominibus proprijs insigniuit, quum prius non amplius quā uix quatuor uentorum uocabula inueniri possent. Mensium quidem, Ianuariū appellauit *Winthermonet* / Februariū *Hornung* / Martiū *Lenzmonet* / Aprilen *Ostermonet* / Maium *Wunnemonet* / Iunium

Menses.

Iunium Brachmonet/Iulium Heumonet/Augustum Aernmonet/Septembrem Herpstmonet/Octobrem Wynmonet/Decembrem Heiligmonet. Ventis uerò hoc modo nomina Venti. imposuit: ut Subsolanū uocaret Ostrenwind/Eurum Ostfundren / Euroaustrum Sundostren / Austrum Sundren / Austroafricanum Sundwestren/Africanum Westfundren/Zephyrum Westren/Corum Westnordren/Circium Nordwestren/Septentrionem Nordren/Aquilonem Nordostren/Vulturum Ostnordren.

Vuasthaldus res Francorum (qui in Germania Franci uocantur) descripsit patrio sermone, literis usus, uti refert Hunibaldus, perquam similibus characteribus Græcis, nisi quod epsilon & ypsilon et gamma inuersa uidentur, Trittemius, Iulius Cæsar in castris Heluetiorum repertos characteres Græcos prodidit. ¶ Caricam linguam aliqui breuissimam esse, ideoque præ cæteris barbaram aliqui tradiderunt, quibus tamen non assentitur Strabo. Mihi quidem uocabulorum breuitas, pronunciationem exasperare uidetur, cum frequentia interualla & quasi hiatus relinquat, idque eo magis si in consonantes terminentur: quod in sermone Germanico contingit utrunque. nam & monosyllabis dictionibus abundat, & his in consonantes exeuntibus. quare & prolatu asperior, & condendo carmini inepta est. nam & cæsura minus fieri possunt, & pleraque syllabæ uel aliàs uel positione longæ

DE L I N G V A

fiunt. Metra & homœoteleuta multi scribunt, ut pleriq; omnes puto populi, Latinis, Græcis & Hebræis exceptis: carmina in quibus syllabarū quantitas obseruetur, nemo. Nos aliquādo conati sumus, sed parum feliciter, hisce uersibus hexametris:

Es macht alleinig der glaub die gleubige sã-
lig/

Vnd darzû fruchtbar zur lieb': vnnnd gütige
herzen

Allwãg inn menschen schafft er. fein müsse by
jñ ist/

Vnd fein nachlassen niemen, er würcet in allē
Rechtgshaften gmüten alls güts vñ übige
früntschafft.

Doch schrybt er nüt sijn selber zû: sunder er
eignet

Dem Herrē Gott vñ siner gnad alle die eere/
Durch Jesum Christum Gott vnd mensch
vnseren Herzen.

In omnibus hisce uersibus pedes omnes spon-
dæi sunt, quinto excepto dactylo. neq; fieri faci-
le aut comodè posse opinor, ut alibi etiam, nisi
fortè primo loco, dactylus collocetur. Admit-
tenda & licentia quædam foret præter uulgare
loquendi usum, non minus sed amplius fortè
quàm Græcis & Latinis. Nostræ quidem lin-
guæ asperitatem consonantium etiam in eadem
dictione multitudo auget, quæ nullo sæpe uo-
calium interuentu emollitur.

Oratio

Oratio Domini uersibus Hexametris à
nobis expressa.

O Vatter vnser der du dyn ewige wonung
Erböchst inn himlen / dyn namen werde ge-
heilget.

Zu kum vns dyn ryck. Dyn will der thue bes-
schähen

Vfferd als in himelen. Vnsere tägliche narüg
Heer gibe vns hüt. Vnd verzych vns vnser
schulde/

Wie wir verzychend iedem der bleidigē vns
thüt.

für vns in kein versüchnuß yn/ (hilff one dy-
nen:)

Süder vom bösen erlöß vns gnädiger Heer
Gott.

Eadem hendecasyllabis reddita, qui uersus lin-
guæ Germanicæ aptiores uidentur.

Heer Gott Vatter in himmlen ewig einig/
Dyn nam werde geheiliget geêret.

Dyn ryck komme genädiglich/ begär ich.

Dyn will thue beschähen vff der erden/

Wie inn himmelen vndren heiligen englen.

Vnser' tägliche † narig vns gib hütte.

Verzych vnser schulden vns/ wie auch wir

Verzyhend schuldnere vnseren by vns hie.

Versüchnuß syc wyt von vns o Heere.

Löß vns gnädiger Heer von allem übel.

Dacorum & Getarum sermo idem est, Stra-

† Prona-
rung, pro-
pter carnē.

D E L I N G V A

bo lib. 7. Fr. Alunnus in fine libri quem in-
 scripsit diuitias uel thesaurum linguæ Italicæ,
 uoces cum aliarum linguarum Italicis affines,
 tum etiam Gothicæ enumerat, quarum pleræq;
 cum Germanicis nostris conueniunt: ut sunt
 Angil/Angelus. hermelin/ mustela. band/uin-
 culum. baner / uexillum. bancf / scamnum. bi-
 chier/poculum. clar/clarum. danza/tripudiare.
 lôt/semuncia. nunna/ monialis. monf / moi.
 chus. scip, nauis. spyß/cibus. tascha/pera, &c.

Gothica
 lingua.

Oratio dominica in lingua Germanica communi, uel Heluetica.

Vatter vnser / (uel potius, Vnser Vatter / ad-
 iectiua enim semper præponimus si nihil intercedat)
 Der du bist inn himlen / geheiliget werde dñn
 nam. zū kumme vns dñn rñch. dñn will geschæ-
 he wie im himel / also auch vff erden. gib vns
 hütt vnser täglich Brot. vnd vergib vns vnser
 schuldē / wie auch wir vergäbē vnseren schuld-
 neren. vnd für vns nit inn versüchnuß. sunder
 erlöß vns von dem bösen / Amen. Huic &
 Sueuica in plerisq; similis est, nisi quod pro u.
 uocali longa, profert au. & pro i. longo (quod
 nos duplicatum scripsimus ij. aliqui y. scribūt)
 enunciat ei. & pro diphthongó ei, habet aliquās
 do ai. pro ii uerò eu. pro a. in uerborum infini-
 tiuis ponit &. in quibusdam contra. Verba quæ-
 dam plenius effert, ubi nos consonante aliqua
 uel syllaba abiecta syncopen facimus cum alibi
tum

tum in plurali numero : & in iisdem ubi Helueticij d. uel t. addunt ipsi omittunt. Verbum habeo aliter formant. Aphæreses quasdam faciunt, ubi nos plenè proferimus . & pauca quædam uocabula prorsus à nobis diuersa habêt, cum alia, tam rerum præsertim substantiua , ut animalium quorundam, stirpium, &c. in quibus & aliæ linguæ utcunq; affines multum differre solent.

Vulgus etiam nostrum sæpe **ch**. profert, ubi alij pleriq; omnes **f**. ab initio præsertim dictionum, ut **chranck**/pro **franck**:**chrut**/pro **frut**. scribendo tamen, ut & alia quædã linguæ nostræ uita emendamus, ut in omnibus linguis fieri solet. Commune est Germanis articuloꝝ quorundam aliquando finales tantum literas uel initiales proferre, ut **shansen**/**shuß**/**dfrow**/**immbuß**: ubi scribimus, **des hansen**/**das huß**/**die frow**/**in dem huß**. In præteritis quæ ge augmento præposito fiunt, nostri sæpius uel e. uocalem tantum, uel augmentum totum omittunt, **gessen**/**gangen**/pro **geessen**/**gegangen**. Solemus etiam **gg**. scribere & proferre, ubi alij **ck**. ut **mugg** / pro **muck**. **egg** / pro **eck**. & uulgus **mir** / pro **wir**. item **ch**. ubi alij **qu**. **chschilber** / pro **quecksilber**.

Heluetica, & partim etiam
Rauracis Sequanis Belgisq; usitata.

Sueuis et alijs quibusdam Germanis usitata.

Mul.

Maul.

D E - L I N G V A

Wyn.	Wein.
Heilig.	Hailig.
Lüt/düten.	Leut/deuten.
Stan.	Steen uel stân.
Lan.	Lassen.
Trâgen / sâgen. treit/ seit.	Tragen / sagen. tragt/ sagt.
Wêd/witt/wott. sott/ gist/Kan/lan.	Wellê/ wilt/wolt. solt/ gibst/Kömen/lassen.
Ich han/du hast. wir hêd. wir hend ghâ. han.hâb.	Ich hab/du hast. wir haben . wir haben ghept. haben. hab. uel halt.
Ich lâb/od ich lâben/ indifferenter.	Ich lâb.
Hinab/hinuff.	Nab/nauff.
Herab.	Rab.
Her.	Herr.
Gsyn.	Gwâsen.
Oepfel.	Apfel.
Spülen.	Binnen.
Chrye.	Kran.
Kilch uel chilch.	Birch.
Trüsch.	Rugget.
Brüntzel.	Bruntz/harn.
Kleider.	Hâß.
Losen.	Horchen.
Niit.	Nichts.
Ancken.	Schmaltz/butter.
Nun.	Nummen.

Baua-

Bauarorum lingua Suevicæ similis est, sed etiam crassior, ut audio: crassissima in Austria, uel aliqua eius parte. *frow* pronunciant *fraw*: *heuw*/*hauw*.

Brabantica lingua inter cæteras Belgicas siue inferioris Germaniæ circa Rhenum & ad Oceani litora sitarum regionum, elegantior hodie habetur, propter Louanium metropolim, in qua literarum studia florent, & Bruxellas primariam imperatoris aulam.

Oratio Dominica in lingua Flandrica: quæ parum differt ab illa qua Brabanti, Hollandi, Zelandi, Frisij, & alij inferioris Germaniæ populi utuntur.

Onse (oder üüse) vader die ghy syt in den hemel/gheheelicht werdet dyn (oder üuwe) name. toe komme üüs dyn rycke. dyn wille geschie vp erde / ghelyck in den hemel. üüser daghelicks brood gheff üüs hede. ende vergheft üüs üüse schülden/ghelyck wy vergheuen üüse schüldenaren. ende leet (oder brinckt) üüs niet in becooringhe. maer verlost üüs van den quaden/(oder boosen.) Amen.

Frisij quondam planè peculiari, dura, & multum à vicinis distante dialecto usi sunt: quia contractus omnes & negotia transigere & describere solebant. Hodie autem occidentales Frisij, in ciuitatibus præcipuè, ad Brabanticum et Hollandicum sermonem proximè accedunt, cum

Frisij

Occidentales.

DE L I N G V A

propter Hollandorum negotiorum commercia, tum ꝑ Cæſar ibi principatum obtinens, in ſumma eorum Curia Brabantos plerunqꝫ conſtituit: qui ſua lingua & ius dicunt, & res controuerſas contractuſqꝫ oēs plebi conſcribunt.

Vocabula quibus Friſij occidentales à Brabantis uulgo differunt, in oratione Dominica.

Dus	Noſter.	Ihe	Hodie.
Daar	Pater.	Himmel	Cælum.

II. quadruplex.

Brâ/ uel bré/ panis. pronūciant autem â. uel é/ tanquam e. obſcurum: ut nos in nominibus Brēm/ Brēmer. Nam â. alium nobis ſonū habet, quē apud Græcos ai. ut *χαίρω*. lāben/ flāben. in quibus uerbis ſyllabæ ultimæ e. breue habēt: quod ubi longū eſt duplicare ſolemus, ut See/ Blee.

Irde	Terra.	Tāglich	Quotidianū.
Veriou/ Ou. ſonau.	Ignosce.	Schildē	Debita.
nat, ut Latinis			

Sonen uel ſunē/ Peccata.
ſic ut prima uocalis medio inter o. & u. ſono pronūcietur.

Quād Malum.

Orientales Friſij.

Orientales autem Friſij ad Saxonum linguā proximè accedunt, niſi quod pro ſ. plerunqꝫ t. profe-

proferunt: quamuis idem & Saxones quidam faciunt.

Belgæ Germani qui Gallis uiciniores sunt, multa admixta Gallica uocabula usurpant.

Oratio Domini Iesu in lingua Islandica, quam puto eandem aut proximam esse Gothorum linguæ in Scandinauia, de qua & paulò ante diximus.

Badet vor/sun ert ai himinum/helgizt bit
namb ti. Fotni titt rife. verdi tinn vile/suom
ai himme/so ai podu. Burd vorð daglgt geb tu
oß i dag. og bergeb oß skulden vorð / suo sem
ui bergebun skulduh vorð. ant leid oß e fi
Breisl ni. helldur brælsa tu oß bet illu. tatz sie.

De scribendi proferēdiq; diuersitate in alijs quibusdam Germaniæ regionibus, ut in Germanico quodam libro Fabiani Franci annotatum reperi.

Germani quidam efferunt & scribunt o. pro a. ¶ e. pro i. ¶ f. pro y. Dicunt enim Franci sua lingua Ko sog mer was est vos. ubi nos dicimus. Ja sag mir was ist das. Pro f. sequēter. Bauari ponūt tsth. ut, Tschristel ist ein güts Freutlin. ubi nos Kristophel ist ein güte Freutlin.

Slesiorum quidam u. pro a. ponunt. ¶ i. pro siccis. ¶ & ö. ut cum dicūt, Zu Römische minche mygen/&c. quod nobis sonat, Ja Römische minche mögen.

D E L I N G V A

Sunt qui *iu.* pro *u* uel *ü* utantur. ut *giuder* *Briuder*/pro *güter**Briuder*. ¶ & *eau* pro *au.* (uel *eaw*/pro *aw*) ut *treawen*/*beawen* /*teawben*: pro *trawen*/*bawen*/*tauben*.

Veterum quidā scripserunt *Den irbirn weis* *fin/eren libin* &c. p *Den erbarn weisen/jhren lieben* /&c. i. scilicet ponentes pro *e.* & *a.* & *rur-* *sus e.* pro *i.*

Misenus *dy* pro *ag.* ponit ut Slesius *ay.* itaq; pro comūni sermone, *Die magt sagt. wagen.* *nagel*: Misenus dicit, *Die möyt söyt. wödyn.* *nöyl.* Slesius uerò, *Die mayt sayt. wayn. nayl.*

Multi duriores consonas (ab initio dictio-
nū maxime) pro mollioribus ponunt, uel con-
trā. nempe *v.* uel *b.* pro *w.* ¶ *p.* pro *b.* ¶ *t.* pro *d.*
& contrā *d.* pro *t.* ut, *Venzel bil piten tas* *Sos-*
mas som fater. fil/Nigel/Nigel. pro *Wen-*
zel wil bitten das Thomas vom vatter. Vil
Michel/Micfel.

Reperimus etiam ante annos centum & cir-
citer (circa annum Domini 1440.) literam *z.*
scriptam fuisse pro *f.* & *b.* pro *v.* & *lb.* pro *w.* ut,
Vnzern grutz/ erzam vnd lbeisen /&c. item *v.*
p *f.* quoties *l.* uel *r.* proximè sequitur. ut, *vleiß/*
vrunlich. quorum prius apud Slesios, alterum
apud inferiores Germanos adhuc usitatum est.

Franci & qui circa Nigram syluam habitant,
m. pro *w.* aliquando, & *f.* pro *i.* ut diximus, acci-
piunt scribendo proferendoq; : & eorum uicini
b. pro *w.* *Vt, Ro mir bollen fen S. Tstbristels*
filchen

Filchen gan. pro, Ja wir wöllen gen S. Chri-
stophels kirchen ghan. Heluetij quoq; l. pro r.
Filchen pro kirchen dicunt, (& mir pro wir,)
Hucusq; Fabianus Francus.

Carolus magnus (ut Io. Stumpfius in Chro-
nicis Heluetiorum refert) Germanicam linguã
characteribus Latinis primus conscripsit. Sed
adco imperfecta circa hoc tempus Germanicæ
linguæ scriptura fuit, ut aliquot etiam post secu-
lis contractus, & causæ forenses omnes, & in-
strumenta, ut priuilegia Cæsarum, Latinè scri-
berentur: ita ut circa annum Domini millesi-
mum ducentesimũ demum Germanici sermo-
nis scribendi ac styli ratio in usum publicè sit re-
cepta. Quam uerò imperfecta olim Germanica
literatura fuerit, uel ex Notgeri Sangallensis (q
claruit circa annum Domini octingentesimum
septuagesimum) scripto quodam apparet, in
quo etiam Oratio Dominica & Symbolum fi-
dei, his uerbis exprimuntur.

Oratio Dominica Germanicè scripta in
Heluetijs, anno Domini 870.

Fater ünser / du in himele bist / din namo
werde geheiligot. din richē chome. din, willo
gesche in erdo also in himele. Vnser tagolicha
Brot kib vns hinto. unde vnserē sculde belaz
üns / als auch wir belasend vnseren sculdigē.
vnd in chorunga nit leitest du vn sich. Nun be-
lose vn sich sone vbele.

o pro e. p.
pro g. st.
p sch / &c.
e. et o aliqui
in sine abā
dāt. uo uel
ou uel qu
pro n. c.
pro t.

F 3

D E L I N G V A

Symbolum fidei, eodem tempore &
ibidem scriptum.

Ich keloubo an Got allmachtigē fater / skea
fen himeles vnd erdo. Vnd an sinen son Jes
sum Christum einigun / vnsern herrē. der von
ne demo heiligen geiste infangen uuart. Das
ne Maria der magede geborn uuart. Beno
chastot uuart pi Pontio Pilato: vnde si imo
an cruce gestachtet ir starb: vnde begraben
uuart: ze bello fuor: an demo dritten tage
vone tode erstuont: ze himele fuor: da sizet
ze Gotes zesunne des almachtigen fater. Dan
na funffziger ze irteilene die er danne findet
lebende alde tote. Keloubo an den heiligen
geist. Keloubo heiliga die allelichun gesame
nunga. Keloubo zehabenne der heiligun
gmeinsame. Keloubo belassung vnser sundz.
Keloubo des fleis: es vrstende. Keloubo euuig
gen lib. Amen. Das thuon ich Keunaro/etc.

Audio & Psalterium sacrum similiter trans
latum eodem tempore, extare in cœnobio diui Gal
li. Videretur autem hic sermo, quo orationē Do
minicam & Symbolum fidei iam recitauimus,
ad inferioris Germanicæ sermonem propè acce
dere: tum uocabulis (nam & cooringhe illis
tentatio est, & leiden uel leeten ducere &c.) tum
scribendi ratione. Et ferè quæcunq; uetera Ger
manicè scripta apud nos etiam reperiuntur, infe
rioris Germanicæ dialectum præ se ferunt: à qua
Islandica quoq; minus differt quàm ab alijs ple
risq;

risq; Germaniæ dialectis. Non habent illi (Germani inferiores, Septentrionales & Saxones) tam frequentes diphthongos ei. & au pro i. & u longis, quibus Sueui, Bauari & alij pleriq; Germani abundant, adeo ut inepti quidam etiam Latine uinum & ausum pro uino & usu dicere audeant. Heluetij etiam pleriq; similiter illas non habent, à Septentrionalibus scilicet Germanis, Gothis & Suedis oriundi, quorum sermonem & pronunciationem etiam in alijs quibusdam imitantur. Crassissima ferè dialectus, Boiorum seu Bauarorum uulgi existimatur: optima circa Misenam, ut audio. Inter nostri temporis scriptores M. Lutheri stylum multi laudant. nã ex ueteribus paucissima & breuissima quædam scripta extant: nec ulla, quod ad stylum, laudantur, quod sciam. Cantilenis ferè comprehendebant & celebrabant ueteres Germani, quæ memoriæ tradere uolebant. sed hæ etiam omnes puto iniuria temporum et incuria hominum in obliuionem abierunt. Apud nos quidem nullum est uetustius carmen, quam quod Theodorici Veronensis & Hildebrandi gesta celebrat. Sunt et illa forte mediocriter antiqua, quæ in templis Germanicè à tota plebe decantata sunt hæctenus, cum cætera Latine cantarentur, ut illud de resurrectione Domini, *Christ ist erstanden* *Don der marter allen.* &c. Carolus Magnus (Eginhardo teste) barbara & antiquissima carmina, quibus ueterum regum actus & bella ca-

D E L I N G V A

Gothi.
 nebantur, scripsit, memoriæq; mādauit. Apud Gothos & alios Septentrionales Scandinauicæ populos, gigantum & fortium uirorum gesta antiquitus saxis montium inscripta & insculpta etiamnum uisi, illarum gentium historiographi produnt, ut Saxo Grammaticus: & Io. Magnus Gothus, nostro tempore archiepiscopus Upsalensis, historiæ Gothicæ conditor, in qua & alphabetum Gothicum antiquissimum publicauit, & sæpe ueterum apud Gothos carminum mentionem facit, quæ interdum Latine conuersa recitat. Io. Auentinus etiam in Boiorum Annalibus aliquoties regum quorundam in uetustis Germanorum carminibus nomina et facta celebrari ait. sed hæc fortè sunt, quæ à Carolo magno condita diximus. Gothica quidem multo uetustiora arbitror. Siquidem Romanum imperium ad eos usq; non penetrauit: & Gothorum regnum plusquam bis mille annos durasse, auctor est Iordanus episcopus genere Gothus.

Vagus fluuius Hungariæ oritur ex altis montibus, qui Carpathi caput existimantur, niue perpetua cōspicui. Sclauorum lingua appellantur Tatti, hoc est Tatari, q; in regionem Tatarorum, qui ueteribus sunt Getæ, uulgi opinione protendantur, Ge. Vuernherus. De Gothorum origine & internecone: & q; ueteres illi Gothi de Scythia pulsi sint, longè alij quàm qui sub rege Daciæ (Daniæ) in Gothia degūt in Septen-

Septentrione, leges historiam Matthiæ à Michau libro 1. cap. 11.

Gothi retro uel supra Capham incolūt. post eos Alani. Gothi Germanicè loquuntur. nam famulus Germanus, qui mecum erat, facile eos intelligebat. Ibidem Gothalani sunt, populus ex utrisq; mixtus, cum Gothi Alanis qui priores hæc loca tenuerunt, superuenissent, Iosaphat Barbarus in Italico libro legationis suæ ex Venetjs ad Tanam.

Ostrogothi Tauricam Chersonnesum post primam occupationem usq; in hodiernū diem inhabitant. Nam licet imperatores Græci peninsulam illam aliquando possederint: Ianuensesq; Cassam, quæ est Theodosia, occupauerint: Tamerlanusq; decantatus Tartarus illam cepit, à quo tempore eam Tartari Vlani (qui & Præcopenses & Crimnenses, ex oppidi nomine ita uocati) possederunt ac inhabitauerunt: qui & ipsi postea à Turcis fuerunt subacti, & ad tributum soluendum coacti: Ostrogothi tamen semper montana, licet sub tributo, possederunt. Loquuntur autem Germanicè, qua lingua omnes Gothi, utpote Germani, sunt usi. Superfuere & ad ætatem usq; nostram duces Gothorum nobilissimi de Mankup, qui castrum Mancup semper à Tartarorum ui defenderunt, donec Machumet Turcarum imperator Cassam expugnauit, Tartarosq; ac peninsulam suo subiecit imperio, tum & castrum Mancup cepit, ac duos

Gothi &
Ostrogothi.

F 5

duces fratres de Mancup gladio percussit, in quibus & tota Gothorū illorum nobilitas cessauit. Gothi uerò qui adhuc in montibus supersunt, ut plurimū uineas colunt, & inde uitam sustentant. Porro & hoc sciendum, quod ex omnibus nationibus Gothicis nulla amplius in Germania superest, exceptis Scyris, qui & nūc quoque Stirij uel Stirenses adpellantur: & Turcilingis, qui et Turingi. Bilibaldus Pirkeymerus. ¶ Scribūt Gothorum nomen plerique per t. simplex, aliqui per duplex. rursus t. alij aspirāt, alij non aspirāt. ¶ De Gothis haectenus sparsim in Germanicæ linguæ mētionē. Loquuntur autē Germanicē hi quoque Gothi, qui Schondię seu Scādinauix partem incolunt. Eorū uocabula quædam in præcedentibus, & in Islandica lingua (quam Gothorum in Scandinauia proximam esse reor) orationem Dominicam exhibui. Similis etiam fuerit in eodem tractu Noruegiæ lingua, cuius dictiones paucas adscribam.

Stirij.

Turingi.

Noruegia.

Noruegice.	Germanice.	Latine.
Gete	Geiß	Capra.
Del	Bier	Cereuisia.
Brod	Brot	Panis.
Stuhr	Groß	Magnus.
Speck	Fleisch	Caro.
Picke	Magt	Ancilla.
Bußbund	Bußuatter	Paterfamilias.

In alijs quidem & remotioribus earundem
ad

ad Septentrionem regionum locis, linguam à communi Germanica multum uariare puto. nam ut Olaus Magnus scribit, Veterum dōminorum montes uocant Hornilla buck. Diabolum, Trol. & fluuium quēdam, Trolheta, id est diaboli uerticem uel caput. het puto eis caput est: & cetum ingentem troluual.

Septentrionales & maritimi Germani quos inferiores uocamus, s. mutant in t. & b. in f. & z. quoq; in t. quare à superioribus Germanis non facile intelligi possunt, Munsterus.

Oratio Dominica Geldricē.

Onse vayer die ghey seit in den hemel/geheilicht sey vpen naem / wu reych ons toecoem / vwen wil geschie up erden als in den hemel/geest ons heuyē ons daghelichs broot/ ende vergeeft ons onse schult/als wey vergepen onse sculdenaers / ende enleyt ons niet in becominghe/sonder verloest ons van allen quaden. Amen.

Eisdem Geldris moyer est mater, Bruyr frater, suster soror.

GETAE alijs ijdem qui Gothi sunt alijs Tatari, inde nimirum quod uetus Gothorum regio hodie Tataria regno subiecta, & eius pars sit.

GOTHINI & OSI terga Marcomanorum Quadorumq; claudunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non

esse Germanos: & q̄ tributa patiuntur . partem tributorum Sarmatæ , partem Quadi ut alienigenis imponunt. Gothini, quo magis pudeat, & ferrū effodiunt, &c. Cor. Tacitus in libro de morib. Germanorum . Quados, Marcomanos & Gothinos, Morauizæ & Slesizæ regiones incoluisse Andreas Althamerus coniicit. Osi uerò (inquit) eam incoluerunt partem quæ est Morauizæ uicina, uersus Slesiam & Poloniam, ubi sunt Opiel et Neussa urbes. Vtrum Aranisci in Pannonia ab Osis Germanorum natione, an Osi ab Araniscis in Germaniam commigrauerint, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est, Tacitus.

Osi.

Aranisci.

G O T H O R V M lingua, uide in Germanica.

D E G R A E C A L I N G U A ueterc.

G R A E C A lingua olim non per Europam tantum in ipsa proprie dicta Græcia : sed in minore Asia quoq̄ , ut Ionia & finitimis regionibus, & in parte Italiae quam Græciam magnam uocant, in communi & uulgari hominū usu fuit . & in alijs quoq̄ remotissimis regionibus propter bonas & utiles artes atq̄ scientias, sed inutiles quoq̄ ut magiam, ea lingua traditas, uiri sapientes, ut Druidæ apud Gallos, operam illi dabant : quemadmodum hodie quoq̄ patrum nostrorum memoria per omnes in Europa

ropa quæ Christum agnoscunt regiones, apud sapientes & literarum studiosos homines, eiusdem linguæ cognitio in omni philosophiæ & scientiarum genere, maximo Dei beneficio, restituta renouataq; est, sicut etiam Hebraicæ & Latinæ linguarum, quæ iam prorsus obscuratæ & exoletæ erant: cum ita nimirum uideretur Deo opt. m. ut tres illæ linguæ, quæ tum maximè florebant, cum filius eius unigenitus propter peccata nostra in hanc terram è cœlis descenderat, & quibus eo mortuo totidem tituli regij in cruce cui affigebatur propositi sunt, nunc etiam pura euangelij & Christi doctrina, inter multas fidelium persecutiones & mortes, renascente, & suis crescente uulneribus, sanguine martyrum irrigante, restituerentur: ut hoc ueluti instrumento, sub appropinquatē secundū Domini aduentum, dæmonibus & huius mundi proceribus inuitis, in orbem terrarum sacrosancta ueritas spargeretur: ad idem beneficium accedente etiam, quæ eodem tempore primū non absq; singulari prouidentia Dei inuenta est, mirabili typographorum arte. ¶ Linguam Græcam Latinam priorem fuisse Seruius scribit in Georgicis super illo Vergilij, Oestrum uertēre uocantes. Et sanè uidetur mihi quoq; Latina antiquior esse, eo maximè argumento, quod & literarū characteres (quod in maioribus clarius est) Latini ferè à Græcis mutuati uidentur, & uocabula eorum innumera usurpant: Græci Latinorū ferè

G R Æ C A V E T V S.

nulla. Vnde cōvincitur uel omnino, uel saltem
 scribendi usu Græcam esse uetustiorē. Vbi hoc
 etiam mirari subit, q̄ eadem quæ uetustatis in hi
 sce tribus linguis, religionis quoq̄ prius aut pō
 sterius & literis comprehensæ & hominum ani
 mis acceptæ differentia sit. Vetustissima enim est
 Hebraica, et literarum monumentis religionem
 sacram prodidit ea primum. hanc sequitur Græ
 ca, in qua nõuum Testamentũ conscriptum est.
 Post Græcos Latini & acceptarunt religionem,
 & suis tradidēre literis. post Latinos Germani
 aliæq̄ gentes, postquam Christum sapere cœpe
 runt, & suam & sacras (hoc est in quibus res sa
 cræ & diuinæ ad salutem nostram traditæ sunt)
 linguas excolere cœperunt, ut nostro tempore
 Rhæti qui Italicè loquuntur, Vualli in Britan
 nia, Rutheni & alij. Ita paulatim religionis tan
 quam uestigia linguæ secutæ sunt diuersæ. quo
 nõmine tres illas potissimum, quibus & olim
 tradita est religio & in cruce consecrata, & no
 stro tempore renotata, in suo usu ecclesia retine
 re, fouere atque excolere debet.

Tarentini & alij Græciæ magnæ in Italia pō
 puli (ut diximus) apud quos Pythagoricæ pro
 fessionis permulti sectatores fuerunt, Græcè lo
 cuti sunt: & extant quædam fragmenta homi
 num Tarentinorũ Græcè scripta sermone Do
 rico (quo & Siculi utebantur) ut in Collecta
 neis Stobæi, quorum nomina iam non succur
 runt: & in suo Lexico Hesychius uocabula ali
 quot

quos recenset tanquam Græca, Tarentinorum glossas : quale est, *Κλανμαρίομνον, κλαόνια, Ταραντινοι.*

De uarijs huius linguæ dialectis, Aeolica, Attica, Ionica, & Dorica, partim supra à nobis dictum est, partim infra dicetur, pro ordine quem sequimur literarum. Communem quidem linguam in nulla regione priuatim uulgò receptã fuisse iudicãrim. habet enim ubiq; uulgus suum aliquid proprium, quibus à cæteris plerisq; differt : sed illam dici communem, quam uiri uel literati, uel alioqui sapiẽtes & peregrinationibus cultiores usurpabant. Quod ad uulgares dialectos, Attica inter cæteras & elegantior & communi propior erat : Dorica, ni fallor, crassissima : quare etiam æglogæ & pastorum colloquia, in ea conscripta sunt à Theocrito & Moscho. Memoratur fortè ab alijs inter dialectos Græcas & Thessala, & aliæ quædam : quæ (nisi fallor) ad quatuor prædictas referri omnes possunt. ¶ Georgiani lingua Græca utuntur in sacris, cum uulgaris eorum lingua Tartaricæ & Armenicæ media sit. Iacobitæ etiam in lingua Græca similibus characteribus utuntur, qui à Græcis parum uariant, & nonnullæ eis peculiâres adduntur, Postellus. & similiter ferè Moschouitæ,

Carthaginenses in bello aduersus Dionysium seniore, quum se literarum Græcarum commercio proditos sensissent, ac quicquid fuisset ab ipsis decretum, Dionysio significatum,

GRÆCA VULGARIS.

senatusconsulto cauerunt, ne quis postea Carthaginensis aut literis Græcis aut sermoni insuesceret studerétue, Cælius Rhodig.

Oratio Dominica sermone & characteribus Græcis.

Πάτερ ἡμῶν ὃ ἐν τοῖς ὕρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. ἤνοιθίτω τὸ θελημα σου ὡς ἐν ὕρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δός ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ μὴ εἰσενέγκης ἡμᾶς εἰς πηρασμὸν. ἀλλὰ ῥύσθη ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Eadem Latinis characteribus.

Pater hemôn, ho en tis uranis, hagiasthito tò onomá su. elthéto hi uasilía su. genithito tò thelimá su hós en uranô ka' epì tis gís. tôn ártion himôn tôn epiúsiou dós himín simeron. ka' áphés himín tà ophilimata himôn, hós ka' himís aphíemen tis ophilétas himôn. ka' mì isenénkis himás is pirasmòn. alla rhyfá himás apò tû ponirû. Amin.

DE LINGVA GRÆCA
uulgari hodie.

LINGVA Græca hodie uulgaris non minus ferè multis in locis à uetere Græca recessit tum uocabulis barbaris admixtis, tum Græcorum deprauatione literis & terminationibus immutatis, quàm Italica & Hispanica, à uetere Latina. Vidimus hac lingua translata & excusam

sam Homeri Iliadem : & Leonardi Phorij Ro-
mani libellum de re militari, metris hōmæote-
leutis, cuius hoc initium est:

Τὸ πολέμῳ νὰ γροικῶσω

Τ' ἀναγκῶνα νὰ ξηγήσω

Τὰ ποτὰ πειθρημῶσω

Εὐθνήνῃ καὶ πωυνημῶσω

Ἰάκωβῳ τῷ Λασιόρῳ,

Εὐζωνίῳ βαλικάρῳ, &c. Sed suspicor ipsum vulgi
sermonem corruptiorem esse, quàm qui à lite-
ratis scribitur. Inter dialectos uarias, quarum
aliæ alijs plus minúsue corruptæ sunt, ut Cretæ,
Cypri, Corcyræ et alias, Peloponnensem ceu pu-
tiorē hodie præferri audio. Cyprius quidā su-
perioribus attinis cum hac transfiret & me salu-
taret, uulgatas apud Græcos huius temporis
sententias mihi descripsit istas: Ὁ παπῆς καὶ ὁ ἀνιχρῆ-
τος ἀπὸ μιᾶς μαναρ ἔγγιγνημῶσι. Τρις ἐξ δ' ἰναλιδ' ὄν, ἑδ' αἰ-
δ' ἰαβολι. Τρία λακα, λαμπρορ, γίωκα, θαλασα. Κῆρ δ' ἰα-
ριγαδ' ὀριδ' χιριρ λιρρυ. Ὁ λαγ' ἔγγιγορὰ τριχ' ἀπτα μὲτ'
αμαξίρ πιανῆ, id est Lepus celeriter currit, sed cur-
ru capitur: quod postremū Italīs etiam in pro-
uerbiali usu est. Petri Burranæ Lucarnēsis libel-
lus inscriptus Corona pretiosa excusis est Ve-
netijs anno Domini 1546. in quo è regione cō-
feruntur uocabula linguarum quatuor, Italicæ
uulgaris, Latinæ: Græcæ uulgaris, & Græcæ
ueteris.

DE LINGVĀ HEBRAICĀ.

HEBRAICA siue Iudaica lingua,
Hæc & sacra dicitur, quod uetus Testamē-

G

H E B R A I C A .

tum in ea primum sit conscriptum : qui liber ferè solus purè Hebraicus habetur : cæteri ipsdem characterib. scripti uel Chaldaici sunt , uel alias dialectos & glossas admixtas habent. Recensiorum quidem Iudæorū sermo, qui Thalmud interpretati sunt, ideò obscurus est, q̄ omnium ferè gentium uocabula intermiscuerit. ¶ Samaritana lingua, prisca Hebraica est, Postellus. Idem Hebraicam & Phœnicum linguam eandem facit, omnium antiquissimam. Vide infra etiam in Punica.

Sequitur precatio domini transcripta ex Euangelio secundum Mathæum, quod Sebastianus Munsterus in Ebraica lingua edidit Basileæ. Id uerò Euangeliū Ebraicum non per omnia cōgruere Syriaco, uel Ebraico, quo diuus Hieronymus usus est, patet uel in uerbo panem nostrum quotidianum: quod Hieronymus legit crastinum : ut Commentaria eius in Mathæum testantur.

† Rectius
theafsch.

Abinu schæbbeschamaim, iikkadesch schmæcha : thabo malchuthcha : † ieafsch retzoncha ehbschamaim, ubaarætz : æth lahhmenu themidi then lanu haiom: uflahh lanu æth hhobotheinu caaschær anahhnu solhhin lebaalei hho botheinu : ueal thebienu beniffaion, ælla hatzilenu mera . Ci lecha hammlechuth ugburah uechabod leolam olamim. Amen.

Pater noster, qui in cœlis, sanctificetur nomen

men tuum : Veniat regnum tuum : Fiat uolun-
 ras tua sicut in cœlis , & in terra : Panem nostrū
 continuum uel perpetuum da nobis hodie : &
 remitte nobis debita nostra, quemadmodū nos
 remittimus debitoribus nostris: & ne facias nos
 uenire in tentationem , sed libera nos à malo.
 Quia tuum regnum & potentia & gloria in se-
 cula seculorum. Amen.

אֲבִינוּ שְׁבַשְׁמִים יִסְדֵּשׁ שְׁמֵךְ וְתִבְרָא
 מְלִכְתְּךָ : וְיַעֲשֶׂה רְצוֹנְךָ בְּבַשְׁמִים †
 וּבְאַרְצֵךְ אֵת לְחֵמֵנוּ תְּמִידֵי יָמֵינוּ לְנֵי יְהוָה
 הַעֲשֵׂה
 וְיִסְלַח לָנוּ אֵת חֻבֹּתֵינוּ בְּאֲשֶׁר אָנְחָנוּ
 סוֹלְבִים לְבַעֲלֵי חֻבֹּתֵינוּ : וְיֵאל תְּכִיֵּאֵנוּ
 בְּנִסְיוֹנֶיךָ : אֵלֵּא חֲצִילָנוּ מִרָעָה : כִּי לֵךְ אֵת
 תְּמִלְכֶת וְגִבּוֹרָתָהּ וְכְבוֹדָהּ לְעוֹלָם
 עוֹלָמִים אָמֵן :

D E H E T R V S C A
 lingua.

H E T R V S C A M linguam hodie nul-
 lam esse puto. olim à Latina plurimum differe-
 bat, ut ex uocabulis quibusdam paucis, apud au-
 thores , apparet: quale est Aesar , id est deus, in
 Augusto Suetonij. ¶ Padus à profunditate Bo-
 rignon ab Hetruscis nūcupatur, à Liguribus Bo-

tigum. Ancona, prius Picena uocabulo Hetrusco simul & Aboriginū dicta. Piceni lingua Hetrusca genus sacrum dicitur, orti à Sabinis. Ferentani primum à Liburnis & Dalmatis, inde his pulsus à Thuscis orti: quorum lingua Larium metropolim uocauerunt, id est nobilem principem. Laronem enim Hetrusci & Larunem & Arunem uocant nobilem principem, (ut hodie baronem Hispani si bene memini.) Inde in Transpadana (Gallia) Larium lacum, & in Thuscia Larones amnes, & Arunes colonia, & uiri Arunes: quos Thuscis secunda declinatione, Romani & Græci sicut Atlas tertia declinant, & proferunt Aruntes. (Hinc etiam nimirum nomen Aruntis Clusij, quò duce Galli alpes transcenderunt, & sensim ab omni Gallia cisalpina Hetruriā pepulere.) Sagi dicti sunt primi Thuscis, id est pontifices & sacri expiatores. Sabinis et Hetruscis nō est litera q. sicut Romanis, (quare c pro q. scribebāt.) Hęc omnia M. Portius Cato. Idem, Comerus Gallus (inquit) docuit suos Italos urbem curribus componere: Et idcirco Veij appellati sunt uocabulo Sago (Scythico Armenio, uel Sacarum, ut ego interpretor) qui Veias plaustrū appellant (ut Germani wegen) & urbem ex his compositam, si parua sit, Veitulam: si magna, Vlurdum: si metropolis, Cyocholam. Ad hęc quoq; tempora Scythæ plaustris & curru pro domibus utuntur, Berosus.

¶ Hetruscæ originis suspicor esse etiam illa uocabula,

cabula, quæ Arnobius libro 7. aduersus gentes recenset, de uictimis & earum partibus olim usitata: ut sunt, apexabo, longauo, tucetum, nœnia, palasea, uel plasea, fendica, isitium, mateola, fitilla, augmen, magmentum, amensanguinū, &c. à quibus enim haruspicinæ Romani superstitionem acceperunt, ab ijs etiam uocabula mutatos uerisimile est.

¶ Videri potest hæc lingua aliquid commune cū Armenia uel Scythica habuisse. utriq; enim sagos nominant pontifices & sacros expiatores: & Noam ex Armenia profectum in Italiã ferunt, & utrisq; conscriptos de naturalibus & diuinis rebus libros reliquisse. Vtriq; Vestam coluerunt, & ignem seruarunt perpetuum. ¶ Hetruscas aliqui (Latinorum) fabulas exposuerunt, sicuti Liuius & M. Cicero alicubi testantur, P. Crinitus.

DE HIBERNICA LINGVA.

I B E R N I A uel H I B E R N I A in Oceano inter Angliam & Hispaniam posita est, dicta ab Ibero duce, homine Hispano, qui primus cum magno hominū numero eam occupauit: uel ab Ibero fl. Hispaniæ, cuius accolæ primi insulam habitasse feruntur. Hiberni quidem cum habitu corporum, tum uiuendi ritu atq; moribus non ualde discrepant ab Hispanis uicinioribus. Hibernica lingua peculiaris est, qua etiam Scoti syluestres & insulani ab Hibernis oriundi utuntur, Munsterus.

HISPANICA.

DE HISPANICA lingua.

HISPANORVM lingua uetus quę fuerit, non habeo quod dicam. uerisimile est autem in oris ad mediterraneum mare, præsertim occasum uersus remotis, Libycę uel Mauritanicę linguę olim usum exutisse. nam & Mauri in illis regionibus imperarunt: & multa Maurorum uocabula adhuc habent relicta, præsertim Lusitani, ut audio. Inter dialectos, quibus hodie utuntur, Castellana præfertur. Affinis est Italicę, & ad Latinam linguam propius quàm Gallica accedere mihi uidetur, minus tamęquã Itolica. Habent & Gothica quędam uocabula cum alia, tum propria, præsertim uirorum. nam Gothi multo tempore Hispanias obtinuerunt: & per illorum grassationes ac imperia, Latinam linguam in Italia primum, deinde etiam Gallis Hispanijsq; corruptam arbitror, & nouas illas, quibus nunc loquuntur, inductas. Opinor enim uulgus Gallorum quoq; & Hispanorum imperantibus Romanis Latine aliquandiu relicta paulatim ueteri lingua locutum. quod in Germania non contigit. neq; enim Romani totam occupare Germaniam potuerunt, neq; diu illas quas occupauerant partes retinere. Vide infra in Sardorum lingua.

Oratio Dominica Hispanicę.

Padrennestro, qui eres en los cielos, sanctificado

ezdo sea el tu nombre . uenga el tu reyno , faga
se tu uoluntad assy en el cielo , como en la tier-
ra.nuestro pan cotidiano dad le a nosotros oy.
y pardonna a nosotros nuestra deuda , como
nosotros perdonamos annestros deudores . y
no nos traigas en tentacion.mas libra nos de
mal.Amen.

D E L I N G V A H V N -
garica.

H V N G A R I A Austriae contermina
& in orientem uergens , inferiorem Panno-
niam à fluuio Leycha usq; ad Sauum comple-
ctitur, & Danubiũ transgressa ad Polonos usq;
protenditur : & quæ quondam arua tenuere
Gepidæ Daciq; obtinet. Imperium gentis Hun-
garicæ multò latius est quàm ipsa Hungaria.nã
& Dalmatæ,quos Schlauos:& Illyrii,quos Bos-
nenses: Triballi seu Mysii, quos tum Seruios
tum Rascianos appellant:& Getæ,quos partim
Valachos , partim Transyluanos nominant,
Hungarorum imperium subierunt: etsi non-
nulli æuo nostro Turcarum armis deuicti de-
fecerunt.Hanc prouinciam quatenus circa Istrũ
extenditur,sub Octauiano Cæsare Romani pri-
mum obtinuere. Daciam uerò trans Danubiũ,
quæ nunc Hungariæ portio est, Traianus impe-
rator edomuit. Post Romanos aliquando Hu-
ni Scythica gens , aliquando Gothi ex insulis
Balthici maris populi, deinde Longobardi ex

H U N G A R I C A.

Germania profecti Pannoniam occupauere. Postremo Hungarorum natio ex ultimis Scytharum finibus inundauit, quæ usq; in hanc diem regno potitur, & ultra citraq; Istrum latè domi natur. Extat adhuc non longè ob ortu Tanais altera Hungaria, nostræ huius de qua sermo est mater, lingua & moribus penè similis: quamuis nostra ciuilior est, Christi cultrix: illa ritu barbarico uiuens seruit idolis, Aeneas Syluius in Europa.

Lingua,

Salutatio Angelica Hungaricè.

Vdüosglied	Maria	malatschual	tegliesch,
Aue	Maria	gratia	plena,
uruagion	teueglied,	tenagialdot	astionalatock
dominus	tecum,	benedicta	tu mulieres
kosotte,	eschaldot	temiegniet	giumoltsche
inter,	benedictus	tui uëtris	fructus
Iesus	Christus.	Amen.	
Iesus	Christus.	Amen.	

Numeri cardinales.

Eig,	ketto,	harom,	nieg,	ör,	hatt,	het,
Vnũ,	duo	tria,	q̄tuor,	q̄nq;,	sex,	septem,
niogls,	kilentz,	tiz.				
oëto,	nouem,	decem.				

Oratio Dominica Hungaricè, nescio quàm rectè scripta. ego confcrendo singulas diëctiones extricare me non possum, sed ut accipi ita adscribam.

Myat

Myattyank ky uagy meynngnyegben, zenteltessek te newed. Iwionte te zent orsagod. Legen te semt akaratosd myke pem meynnegben ahow kepen oz foldouys, agyad ne kwuk, mynden napy kynyrwek et. Es bochasd meg ne kwın my, uet keyn kepen my esmeg bochatwk ahmy elemuk ueteteknek. Es ne ueg mynket kezertet bru de sabadich mynden gonofztwl. Mert tyed az orszag, es az hatalom, es az di-
 chofeg. Amen.

Ex Iuhra regione Scythiæ frigidissima ad Septentrionem & Oceanum (supra Tanaim) egressi sunt Iuhri, à posterioribus Huni (*doctiores Hunos ab Hungaris distinguunt, ut mox Auēstinus*) & Hungari dicti, qui ad Gothiam ascendentes uehementer multiplicati transierunt maxima flumina circa paludes Mæotidis, intraueruntq; Pannoniam, & secundo regressu eam occupauerunt, tenentq; in hunc diem: & lingua utuntur omnino eadem (qua Iuhri Scythæ) nisi q̄ addiderunt nostri Hungari aliqua uocabula ex Sclauonico idiomate, earum rerum quæ in Scythia & Iuhra nō reperiuntur. Iuhri quidem Scythæ omnino syluestres sunt, & in frigidissima regione miserrimè degunt, Matthias à Michou.

Hungaros ex Scythia uenisse nemini dubiū est, de nomine disceptatur, cum alij ab Hunnis & Anaris uoce composita dictos esse asserant, alij aliud comminiscantur. At uero propius est

H V N G A R I C A .

à regione Iuhra uel Iugaria (ut quidam dicere malunt) regione Moschis confini & ad imperium eorum pertinēte, manasse Hungarorum nomen, cum nunc quoq; Slauiorū lingua, qua nulla per Europam latius patet, Iuhri, uel prima syllaba nonnihil (ut fit) leuigata Vhri uocentur, Ge. Vuernherus.

Vgros Io. Auentinus Teutonibus adnumerat, quamuis lingua & moribus discretos. Vgri (inquit) qui ipsorum lingua Mægari uocantur, una gens est, non in plures nationes diuisa; ut cæteri Germani: latissimum possident regnum. Venedis Teutonibus (Sclauonicè loquentibus, qui tamen Teutonibus adnumerantur uicinis) imperitant. aduenæ sunt. origo eorum in quarto (Annalium Boiorum) narrabitur uolumine. incolunt Pannoniam, & eam partem Germaniæ, quam Iaziges, Goti, Getæ, Gepidæ olim tenuerunt. Nec enim Hunni sunt. Nam Hunnis successere Venedi & Boij. Hos pepulere Vgri, quemadmodum in quarto referemus libro in uita imperatoris Arionulphi Cæsaris Augusti. ¶ Lege etiam supra in Dacis.

Gepidæ.
Hunni.

Hungari ad Vagum fluuium Illyricè loquuntur.

Nihil habet hæc lingua cum Illyrica, aut Britannica commune, nec cum ulla alia (opinor) ei conuenit. Audio hac lingua impressum esse nouum Testamentū, sed ferè inutiliter, quod hæctenus in scribendi usu non fuerit hic sermo,

&

& rustici etiam Latine scribere quantum poterant conati sint. Mihi nulla lingua tam barbara uideatur, quæ non ab hominibus literatis ita scribi possit ut intelligatur: nam & nostra memoria primum Rhætica alpina scribi cœpit.

H V N I uel H V N N I, uide in Hungaris.

I A C O B I T A E in lingua Græca similibus characteribus utuntur, qui à Græcis parū uariant, & nonnulli eis peculiare adduntur, Postellus.

I A P I D E S & I A Z Y G E S Illyricè loquuntur.

D E I L L Y R I C A S I U E
Sarmatica lingua.

M O S C H O V I T A E Illyrica lingua Illyricisq; literis utuntur, sicuti & Sclaui, Dalmatæ, Bohemi, Poloni & Lithuani. ea lingua longè omnium latissima esse perhibetur. nam Constantinopoli Ottomanorum in aula familiaris est, & nuper in Aegypto apud Memphiticum Sultanum & equites Mamaluchos haud ingratis auribus audiebatur. In hanc linguam ingens multitudo sacrorum librorum, industria maximè diui Hieronymi & Cyrilli translata est. Præter quoq; patrios annales, Alexandri etiam Magni Romanorumq; Cæsarum, itémq; M. Antonij & Cleopatrz memoriam ipsdem literis commendatam tenet. Philosophiam ue-

I L L Y R I C A .

Suevi &
Burgundi.

rò & fideralem scientiam, cæterasq; disciplinas, & rationalem medicinam nunquam attingere, Paulus Iouius. ¶ Vandali, Sueui & Burgundi, fuerunt de regno Poloniæ, à locis quæ inhabitantur appellati, & lingua usi sunt Polonica. fuerunt autem Germani, & non Sarmatæ neque Scythæ, Matthias à Michou. Et mox, Lingua Sclauorum amplissima est, & per plurimas diffusâ terras, ut sunt Seruij, Mysij, Rasci seu Bulgari, Bosnenses, Turco hac tempestate subiugati (& aliij,) ueluti Dalmatæ, Croatæ, Pannonij, Slaui, Carni, Bohemi, Morauj, Slesitæ, Poloni maiores & minores, Mazouitæ, Pomerani, Casubitæ, Sarbi, Ruteni, Moscouitæ. Hi omnes Sclauj & Vindelici (*Vandalici*) sunt, per ampla regna inhabitantes. Sed & Lituani iam sclauonizant: Nugardi quoq; Plescouenses, Smolnenses & Ohulici. ¶ Slaunica lingua, quæ hodie corrupto non nihil uocabulo Sclauonica appellatur, latissimè patet: ut qua Dalmatæ, Bosnenses, Chroati, Istrij, longotq; secundum mare Adriaticum tractu, forum Iulij usq; Carni (quos Veneti Charfos appellant), item Carniolani, Carinthij, ad Drauum fluuium usq;: Stirij uerò infra Gretzium, secundum Myeram Danubiũ tenus, indeq; Mysij, Seruij, Bulgari, aliq; Constantinopolim usq; habitâtes: Bohemi præterea, Lusacij, Silesij, Morauj, Vagiq; fluuij in regno Hungariæ accolæ: Poloni item & Rhuteni latissimè imperâtes, & Circasi Quinquemontani

tani ad Pontum : deniq; per Germaniam ultra Albim in Septentrionem Vuandalorum reliquix sparsim habitantes utuntur. Hi etsi omnes se Slauos esse fatentur, Germani tamen à solis Vuandalis denominatione sumpta, omnes Slaonica lingua utentes, Wenden / Winden & Vuindisch, promiscuè appellant. Sigismundus Liber Baro. ¶ Habitabant Vuagrii, Vuinuli, Obotriti, Polabi, per littora maris Germanici, omnes uno nomine & una lingua Vandali, Vuitichindus.

Gentes Sclauonicæ (inquit Bilibaldus Pirkeimerus) non solum magnam Europæ, sed & Asiæ partem occupauère, supersuntq; hodie in montibus Iberiæ ac Albanix, & uersus mare Hyrcanum Circassi: & Gazarorum gentes, nec non Mengrelli. Hi enim omnes ex Sclauorum gente originem sumpsere, linguaq; loquuntur Sclauonica, ac Christi fidem secundum ritum Græcum sequuntur. Quin per totam Turchiam, præcipuè apud milites, Sclauonica in usu est lingua, ita ut Constantinopolis ipsa iam non amplius prisco nomine, sed Cæsaris domus Sclauonica uocetur lingua. Sed et paulò antè in aula Soldani Aegypti, milites, utpote magna ex parte Circassi, Sclauonicè loquebantur. Cæterum qui Vinulos, seu Vendos, reliquàmue Sclauorum gentem Vandalorum nomine honestare contendunt, planè falluntur. Constat enim classicorum scriptorum auctoritate, Vandalos

Vinuli.
Vendi.
Vandati.

I L L Y R I C A .

ex Gothorum ortos esse gente : quemadmo-
 dum & Sciros , Gepidas , Alanos , ac reliquos
 Gothicæ nationis populos , inter quos nihil
 præter solã interfuit nomenclaturã . eisdẽ enim
 institutis , eademq; utebantur lingua , Germani-
 ca nempe : quemadmodum (ut dictum est) ex
 reliquis quoq; Gothorum , qui montana Tau-
 ricæ Chersonesi præsentì adhuc ætate obrinẽt ,
 discere licet : quum Sclauorum , Vendorum &
 Viltzorū loquela penitus à Germanica sit di-
 uersa . Quin & diu antea quàm Sclauorum no-
 men est auditum , Vandali populariter cum libe-
 ris & uxoribus è patria emigrarant , iamq; Lusitani-
 cæ partem tenebant , ac in Africam tranſien-
 tes , Carthaginem cum uniuersa illa prouincia
 suo subiecerant imperio . Sed & tam Ostrogot-
 thi quàm Visigothi Christianam tum suscepe-
 rant fidem , quum Sclauī sub initium omnis re-
 ligionis fuerint expertes : quorum tanquam no-
 uorum hostium nomen , sub Mauritio primum
 auditum est : excursionsq; eorum à Iustiniano
 non parum sunt repressæ , donec immensa mul-
 titudine superantes magnam Europæ & Ger-
 manicæ quoq; occupauerint partem : quod qui-
 dem Procopij aliorumq; plurium authorum
 constat testimonio . Egressi autem sunt ex Scy-
 thia , quemadmodum multæ aliæ barbaræ na-
 tiones , & ut Solinus Græcus scriptor refert , ex
 profundo Bersiliæ : dominatiq; sunt omni per-
 uisæ terræ usq; ad mare Ponticum . Gazari (hos-
 quie

Viltzi.

Vandali.

Scythia.

Bersilia.

Gazari.

quidem supra Sclauonicè loqui scripsit) sub initium à Græcis appellati, quemadmodum & hodie à Saracenis uocantur. Nihil igitur Vandalis ac Vendis, præter nōminis tantum consonantiā quandam, unquam commune fuit: licet Sorabi, Viltzi, Vendi, ac reliquæ Sclauorum gentes Sclau. à Vandalis derelictam occupauerint terrā, quæ admodū & multas alias regiones suo subiecerūt imperio, prioribus expulsis habitatoribus. Siquidē nulla unquā gens è Scythia egressa, tā copioso numero ut Sclaui habitabilis terræ partem inundauit. nam quicquid est à mari Sarmatico & Baltheo, ad Pontum usq; & Adriaticum mare: nec non à Tanaide fluuio usq; ad umbilicum Germaniæ, cum tota Sarmatia Europæa, ac magna parte Asiaticæ, nec non Boëmia, Dalmatia & Illyria, sua repleuerunt multitudine, Hucusq; Pirkeimerus.

Venedos Io. Auentinus Teutonibus adnumerat, quanquam lingua & moribus differentes. Venedi (inquit) nostro sermone, suo sunt Sclaui. bilingues ferè sunt, in multarum gentium capita diuisi. Nam & Dalmatiam, Liburniam, Illyricum, Pannoniæ Noriciq; partem, Iustiniano primo imperante, transito Danubio occuparunt, sicut ibi adhuc Sclauonia nominatur. Valentissimas nationes nominasse satis erit: Zechos sua, id est Boëmos nostra lingua, Bolios, Massobios, Morauos, Bodolios, Roxalanos, Litauos.

I L L Y R I C A .

Enumeratio alphabetica populorum qui Illyrica lingua utuntur, partim ex authorum uerbis iam recitatis, partim ex Sigismundi Gelenij felicis memoriae ad nos epistola.

Abgazari uel Abgazel	Dibrij.
li, qui & Gazari circa mare Caspium.	Epirotæ. Gazari, lege Abgazari.
Aestui.	Gepidæ.
Arbenses.	Hungari ad Vagum fluiuium.
Befsi, hodie Bosnenses, uel Bosnascies.	Iapides.
Bohemi.	Iazyges.
Borusij.	Istri.
Bosnenses, uide Befsi.	Lituani.
Bulgari, uide Rascij.	Liui.
Carni.	Lusatij.
Carniolani.	Lygi.
Carinthij usq; ad Drauum.	Macedones mediterranei.
Casubi, aliàs Cassubitæ.	Maxobij, al' Mazobitæ.
Circasi Quinquemontanij circa Pontum, aliàs Ciercasi circa mare Caspium.	Meisi, Mysij. Moldauij.
Corali.	Moschi, al' Moscouitæ.
Croati, aliàs Chroati.	Morauij.
Culmij.	Mordaci,
Curi.	Mysij, uel Meiss.
Dalmatæ, al' Delmatæ.	Nugardi.
	Obodritæ, al' Obotriti.
	Ohulici.
	Pannoniæ pars,

Per-

Permi.	dicuntur.
Plescouiꝝ uel Plesco- uienteses.	Sclauꝝ uel Slauꝝ potiꝰ.
Podoliꝝ.	Seruiꝝ, uide Sorabi.
Polabi.	Slesij uel Silesij, aliàs Sle fitæ.
Poloni maiores & mi nores.	Smolnenses.
Pomerani.	Sorabi, aliàs Sarbi. ho die (puto) Seruiꝝ.
Rascij, aliàs Rasci seu Bulgari.	Transilvani.
Rugi.	Vādali, aliàs Vuandali.
Ruffani, aliàs Ru theni.	Veltræ.
Samogitæ.	Vilaci.
Sarbi, uide Sorabi.	Vuagriꝝ.
Sarmatæ, qui Poloni	Vuinuli.
	Zagorani.
	Zadrauani.
Summa, populi circiter 60.	

D. Hieronymum legimus libros ueteris Te
stamenti in Dalmaticam siue patriam linguam
transtulisse. Dalmatæ autem Illyricè loquuntur.
Sunt qui hanc linguam non Illyricam, sed Sar
maticam potiùs, id est Polonicam, uocandam
asserant, q̄ cæteræ omnes ab hac sint ortæ. Po
lonia quidem inter omnes, quæ hoc sermone lo
quuntur, regiones latissimè patet, nisi fallor.

¶ *Οἱ δὲ βάρβροι τοὶ Πανῶτες, ὡς περὶ Ἰλλυριοὶ λεκρίστου.*
Aristophanes in Auibus, Illyrios à nescio quo
uocis sono ceu *λεκρίστου*, id est stridentes & bar
baros, traducens.

H

ILLYRICA.

Oratio Dominica sermone Bohemico, qui præ
cæteris huius linguæ dialectis cultior
existimatur.

Otozie nafs, genz sy na nebesich.

Ofzwiet semeno rwe.

Przid kralowstwij rwe.

Bud Źwule rwa yakona nebi, tak y na zemi.

Chleb nasz Źwezdeysi dey nam dnes.

Y odpust nam nase winy, yako y my odpauŹ-
Źtime nafsım winikom.

Y ne uwod nasz do pokuŹsenij.

Ale zbaw nas od zleho. Amen.

Eadem Illyricè uel Slauonicè ex libro Bartole-
mæi Georgeuitz de afflictione Christianorum
sub Turcis, impresso Vuormacię anno 1545. à
cuius initio alia etiam ad hanc linguam
pertinentia scribuntur.

OtcŹse nasz ky ieŹsi na nebeszi,

SŹuctiŹse ime tuoie.

Pridi tuo kralyeuŹs.

Budi uolia tuoia, kako na nebu. i na zem iij.

Kruha nasega Źsagdaniega dai namga danafz.

I odeuŹcia nam dughe nase, kako i mi odpu-
Źciauam duŹnikon nafsım.

I nepeliai nats u napast, da izbawi nats od ne-
priaz ni. Amen.

Eadem Polonicè.

Ocziecz nasz ktory ieŹtoŹ Źwnyebye,

Swyecz Źie gymye rwaŹ.

Przydzy

Przydzy twá krolieſtvo.

Bandz ſwojya twa, yako ſw nyebi, y na zemſj.

Chlieb naſch pow ſchedny day nam dzy ſay.

A odpuſcz nam nyny naſcha, yako y my odpuſzczamy ſwynowayrjom naſchym.

Nyewodz naſz napokufchenye.

Alye zbaw naſz od zlego. Amen.

Sigismundus Gelenius Bohemus Lexicon ſymphonum edidit, Baſileę excuſum, in quo uocabula linguarum Latinæ, Græcæ, Germanicæ & Illyricæ, quæ inter ſefe cõueniunt, uel in duabus ex iſtis, uel tribus, uel quatuor linguis, confert. Publicatus eſt etiam nuper Norimbergæ libellus de lingua Bohemica.

DE LINGVA INDICA.

INDICA lingua, adeo Hebraicæ, Chaldaicæ & Arabicæ affinis eſt, licet characteribus ſuarum, ut rara admodũ ſit in hac dictio, quin in aliarũ aliqua reperiatur. Hęc ſola oriẽtaliũ, quæ ab Hebræa originem habent, legitur nõſtro modo, à finiſtra in dextram, Poſtellus. Plura leges ſupra in Aethiopum lingua. Indorum cõplures ſunt gentes, atq; eæ lingua inter ſe diſſonæ, Herodotus libro 3. ¶ Brechmaſis, id eſt abortus, Indorum lingua, Plinius 12. 7. Colitur apud Indos dæmon Σοροάνα, id eſt οἶνος ποίος, Athenæus: forte Σοροάνα legendum, ut idẽ ſit qui Serapis. nam ſirap uinum ſignificat lingua Afrorum circa Tripolim. Medici potiones

H 2

I O N I C A.

quasdam mulsas uel saccharatas syrupos appellant, Græci recentiores serapia, quorum quædã etiam in deum (forte Serapim per somnia admonentem, præsertim ægrotos in templo eam ob causam dormientes) authorem referuntur. ¶ Cartazonus Aeliano in hac lingua monocerotem significat : & sandabenamet rhinocerotem, recentioribus. Auiculam minimam sandaricini coloris Indici sua lingua dicærum nominant, Græci dicæum, Aelianus.

D E I O N I C A L I N G U A, V E L potius linguæ Græcæ dialecto, ex Io. Grammatico.

I O N I C A Dialectus *α*. in *η*. sæpissimè mutat : & Πέρσω dicit *ρ Πέρσου*. Δημοσύνῃ sine cōtractione, & in accusandi casu *Δημοσύνῃ*. alias quoq; diæreses facit præter communem usum, non admissis contractionibus. Α βασιλῆος genitium *βασιλῆος* format. Datiuis pluralibus in *ο*. exeuntibus iota addit, & insuper *α*. in *η*. uerit in fœmininis, ut *σοφοῖσι*, *νύμφησι*. pro ἔρ effert ἔρ, pro νόσῃ, νόσῃ, &c. Ex authoribus qui extant Hippocrates & Herodotus Ionicè scripserunt.

Hippocratis Aphorismus 1.

Ο βίῃ βραχὺς, ἢ δὲ τέχνη μακρὰ, ὃ ἢ καιρὸς ὄξυνς, ἢ ἢ πᾶσαι σφαλερὰ, ἢ δὲ κρίσις χαλεπή. Δεῖ δὲ ἢ μόνον ἰωντὸν πρὶν ἔμπεδοντα ποιεῖν οὐκ ἀλλὰ καὶ τὸν νοσῶντα, καὶ τὸς πρὶν οὐκ ἔμπεδοντα, καὶ τὸς ἔμπεδοντα.

Secun-

Secundus.

Εν τῶσι παραχῆσι τῆς ἰωνίας, καὶ τοῖς ἑμέρισι τοῖσιρ αὐτῶν
μαίως γινόμενοισιρ, ἢρ μὲρ οἶα δ' ἄ λαβαίρωδι, λαβαίρονται,
ξυμφέρει τὴ καὶ εὐφόρος φέρουσιρ: ἢρ δὲ μὴ ἴωναντίον, &c.

Dialectus Ias siue Ionica, eadem est quæ ues-
tus Attica, Eustathius in Dionysiu. ¶ Iones lin-
gua non eadem utuntur, sed eius quatuor pro-
prietates ducunt. Miletus prima apud ipsos ciui-
tas, ad meridiem uergit. Post hæc Myûs & Prie-
ne. hæ quia in Caria habitabãtur, cum horû lin-
gua conueniunt. Illæ uerò in Lydia, Ephesus, 2.
Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Pho-
cæa, iam dictis sanè ciuitatibus, quantum ad lin-
guam attinet, non respondent, inter se tamen ea-
dē sonant lingua. Reliquæ tres sunt ciuitates Io-
nicæ, quarû duæ insulas habitant, Samum uide-
licet & Chium: tertia in cōtinēte sita Erythreæ.
Ex his Chiæ & Erythreæ eandem proprietatem
sibi uendicant. Samiæ uerò ab his discrepantes, 4.
propriam quandam receperunt loquendi for-
mam. atq; hunc in modû quatuor omnino lin-
guarum (Ionicarum) fiunt proprietates, Hero-
dorus libro 1. Idem Athenienses inter Iones
Cræsi tempore excelluisse scribit.

I S M A E L I T I C A lingua, uide su-
pra in Aethiopum lingua ex Munstero.

I S T R I Illyricè loquuntur.

D E I T A L I C A V V L-
gari lingua.

H 3

ITALICA.

ITALORVM lingua à Latina uetere corrupta est, ut diximus, barbarorum infestatione & imperio. Dialecti eius plures sunt, inter quas Thuscam (id est in Hetruria circa Senas præcipuè) præferri aiunt. uersus alpes quo propius habitant Itali (nam & Gallos cisalpinos omnes hodie Italos uocamus) eò minus purè loquuntur. Ineptissimus & maximè deprauatus Rhætorum in alpibus sermo est, de quo in R. elemento scribemus. Romanum sermonem non modo Itali suum uocant: sed etiam Sabaudi uulgò, & Rhæri alpini. Valachis etiam Romanus est sermo (ut Aen. Pius refert) sed magna ex parte mutatus, et homini Italico uix intelligibilis. ¶ Gregorium Papam suæ ecclesiæ adhuc Latine locutum constat.

Oratio Dominica Italicè.

Padre nostre che sei ne cieli, sia santificato il nome tuo. Venga il regno tuo. Sia fatta la uolunta tua, come nel cielo, così ancora in terra. Dacci oggi il nostro pane cotidiano. Et rimettici i nostri peccati, come ancora noi li rimettiamo à nostri debitori. Et nõ ci indurre in tentatione: ma liberaci dal male. Amen.

IVDAEORVM lingua eadè est quæ Hebraica.

IVHRI, uide Hungari. ijdem sunt Vgri. Rhuteni quidem pro g. pronunciant h. pro Iugra, Iuhra.

DE

DE L A C O N I C A L I N G V A .

LA C O N V M, ut regio à media Græcia remotior est, sic lingua etiã eorum à communi recessit longius, & ut apparet in plurimis ad Doricam accedit. Lacedæmonij Cræsi tempore inter Dores excelluerunt, Herodotus.

¶ Glossæ quædam, idest dictiones huic linguæ peculiares, ab Hesychio annotantur: ut Κλά, *καί φάρισον μικρόν*. Nuces magnas *μακίρας* uocabant, *τηνίς* autem nuces dulces, Athenæus libro 2.

Et paulò post, *Μακίρας* Lacones uocant amygdala. Plutarchus Laconū apophthegmata copiosè descripsit: & in uita quoq; Lycurgi multa Laconum tū uocabula tum dicta enumerat. *Τίη, προσοι, ἄμμοθ* pro *ἡμῖς*. *Τῦνας* pro *ἐκάντας*. Chorus Laconum (inquit) ex tribus ætatibus constabat. Senes primo canebant, *Ἄμμοθ ποτ' ἡμῶν ἄλλημοι νανίαι*. Deinde uiri seu iuuenes, *Ἄμμοθ δέ γ' ἄμμο. αὶ δ' ἡμῶν, πῆραυ λαβί*. Postremò pueri, *Ἄμμοθ δέ γ' ἐσόμεθα ποτῶν ἐράσουθ*.

DE L I N G V A L A T I N A .

DE L A T I N A lingua non nihil dictum est supra: quòd una sit ex tribus cultioribus, quarum comparatione cæteræ omnes barbaræ dicuntur: quòd antiquissima, & quæ multa à Græcis mutuata sit.

Quòd apud nostros (Latinos) quatuor idiomatum genera fuisse tradantur; id est, Priscum,

Latinum, Romanum, & Mixtum, ex Petri
Criniti de honesta discip. lib. 3. cap. 3.

Relatum est quatuor fuisse apud nostros lin-
guarum proprietates. hoc est Priscam, Latinam,
Romanam, Mixtam: quod ex Varronis autho-
ritate grammatici ueteres tradunt. Prisca est,
qua uetustissimi Italiae populi sub Iano uideli-
cet & Saturno regibus usi sunt: cuiusmodi car-
mina quaedam incondita, parumque nostris intel-
lecta adhuc supersunt; ut Saliorum & Argeo-
rum sacra, de quibus Varro etiam Terentius me-
minit. Latina uero, quam sub Latino & regi-
bus Tusciae caeteri quidem populi in ipso Latio
loquebantur: qua tabulae decemuirales scriptae
sunt, ac sacrae leges, & publica quaedam edicta.
Romana, quae post exactos reges Romanos
populi gesta complexa est. nam & hanc ipsam
inter poetas M. Plautus, Nauius, Accius Pa-
cuius, Ennius & P. Vergilius maxime colue-
runt. ex oratoribus autem & historicis M. Ca-
to, Sisenna, Quadrigarius, Val. Antias, Caesar &
M. Cicero. Mixta uero, quae aucto imperio et
libertate amissa, uarios populos ac nationes in iu-
ra ciuitatis admisit. quo factum est, ut Romana
uirtus ac loquendi iuxta integritas passim cum
moribus degeneraret. Necque autem me later
Latinam quidem doctrinam ex multiplici ua-
rioque idiomate constare. Siquidem & Osca &
Sabina uocabula a multis olim recepta sunt, ut
Punica nunc omitamus. Na et Q. Ennius Osce
locutus

locutus est, tum Hetruscas alij fabulas exposuerunt, sicuti Liuius & M. Cicero alicubi testantur.

L I B Y E S circa Cyrenen apostolos in Pentecoste Hierosolymis sua dialecto loquentes mirati sunt.

L I G V R E S Hetruriæ pars sunt, & ipsi Hetrusca lingua, ut conijcio, olim usi. nam ut Padum à profunditate Hetrusci Botigon uocauerunt, sic Ligures Botigum, M. Porcio Catone teste.

L I T H V A N I A olim suum ducem magnum habuit, nunc regi Poloniae subijcitur, Sigismundus Liber. Lithuania et Samogithia prouinciæ, licet Rhutenis intermixtæ sint, ac proprio idiomate rituq; Romano utantur, earum tamen incolæ ex bona parte sunt Rhuteni, Idem.

Lithuanorum (alij per t. sine aspiratione scribunt) lingua (inquit Matthias à Michou) est quadripartita. Prima est Iaczingorum, ut horum qui circa castrum Drohicin habitauerunt, quorum pauci supersunt. Altera Lithuanorum & Samagitharum. Tertia Prutenica. Quarta in Lothua seu Lothihola, id est Liuania, circa fluiuium Dzuina & Rigam ciuitatem. Et horum quanquam eadem sit lingua (*uidetur sentire linguam unam esse, linguagium ipse uocat, sed quatuor dialectis distinctam*) unus tamen non satis alterum intelligit, nisi peregrinatus & uagatus per illas terras. Habuit hæc lingua quadripartita tēpore

idolatriæ pontificem maximum unum, quem Crine appellabant, morantem in ciuitate Romoue à Roma dicta. quoniã hæc lingua de Italia iactat se aduenisse, & habet nonnulla uocabula Italica in suo sermone. Porrò in Prussia iã pauci proferunt Rhutenicum sermonem. subintrauit enim lingua Polonorum & Almannorum. Sic & in Lothua pauci rustici profitentur hanc linguam, & Almannica subintrârit. In Samogithia autem, quæ est longitudinis quinquaginta miliariorum: & in Lithuania, quæ in longum triginta miliaria continet, in pagis Lithuanicè loquuntur, & in magna parte Polonicè. Nam & sermone Polonico sacerdotes in ecclesijs concionantur. Cæterum harum regionum incolæ omnes ecclesiam Romanam agnoscunt. in alijs autem circuniacētibus, ut in Nouigrod, in Plefcouia, in Polocko, in Smolensco, & in meridiem usq; post Kion Ruteni sunt omnes, et Rutenicè seu Sclauonicè loquuntur, ritumq; Græcorum obseruant: & obedientiam Constantinopolitano patriarchæ præstant, Sunt etiã Tartari in ducatu Lithuaniae circa Vilnam, qui duci parent: loquuntur uerò Tartaricè & Mahumetè colunt, Hactenus Mathias à Michou: ¶ Alij Lituanos simpliciter Illyricè loqui scribunt. ¶ Oritur in Lithuania fluuius Borysthenes, qui deinde per Russiam fluens in mare exit Ponticum. Ptolemæus Galindos, Bodmos, Suddingos, Seuinios, Hamaxobios & Cariones ibi

Ruteni.

Tartari.

po-

posuisse uidetur, Bilibaldus Pirkeimerus. Vide infra etiam in Moschouitis.

L I V O N V M uel Liuorum & Lituorum & Curorum lingua, eadem est quæ uetus Prussica. dialectis tantum uariant. Vide supra in Britannica uetere, & in Lithuanorum lingua. Alij Liuos & L V S A T I O S Illyricè loqui aiunt.

L Y D I aut Phryges panem *βίη* uocabāt, Suidas in *βιαιώνη*. *Βαθυρόκηλον*, miluus apud Lydos, Hesychius.

L Y G O R V M sermo Illyricus est.

M M A C E D O N E S mediterranei lingua Illyrica utūtur ut audio. Macedones numerū *μαίον* appellant, Athenæus. Veteres quæ Macedoniæ incolas lingua Græca, sed dialecto glossisicè distincta, olim usos fuisse nō dubito: quod uel ex uetustis mensiū apud ipsos nomēclaturis colligi pōt, quos duodecim Zodiaci animalium nominib. appellāt, quæ sunt: *Αλιόνηρας*, *υδροχόος*, *ιχθύς*, *κερίς*, *ταύρος*, *δίδυμος*, *λεπίνος*, *λίον*, *αφθύς*, *λύξος*, *σκορπίος*, *τοξότης*. *Βίδη* aqua uel aër, lingua Phrygum uel Macedonū, Clemens Stromat. quinto. Argæus rex Macedonum uirgines (quæ suo cōspectu & numero, cum se eminus tanquam uiros ostentassent, hostem terruerunt) quas antea *κεκοίνας* Macedones appellabant, propter uirorum imitationem ut *μιμασθήσθαι* dicerētur decreto iussit, Polygenus Strategematum libro 4. *Κεκοίνας* bacchæ Dionysij apud

M A R. M A X. M E D.

Macedones, Mimallones postea ab imitatione dictę, Varinus. Videtur Clodones dictę quasi cladones, à quatiendo, & thyrsos ueluti hastas concuterent. ¶ Macedones mediterranei Illyricè loquuntur.

M A R S I G N I & Burię, qui terga Marcomanorum Quadorumq; claudunt (*id est retro Slesiam & Morauiam habitant*) sermone cultuq; Sueuos referunt, Cor. Tacitus.

M A X O B I I, aliàs Maxobitzę, Illyricè loquuntur.

M E D I & M E S O P O T A M I A E incolę apostolos Domini Hierosolymis sua lingua loquentes in Pentecoste mirantur. Medicinam spaca uocant, ut scribit Herodotus: quod nomen ad Illyricum pos uel pas accedit.

M E I S I uel Mysię Illyricè loquuntur. ¶ Item M E N G R E L L I, uide in Gazaris.

M O L D A V I, M O R A V I & M O R L A C I Illyricè loquuntur.

M O N A E insulę sub ditjone Anglorum linguam ab alijs prorsus differre audio.

D E M O S C H O R U M V E L
Moscouitarum lingua.

M O S C O U I T A E (*uel Moschi*) Sclauonica lingua utuntur, licet externis linguis sic sit confusa, ut Sclauus & Moscouita se inuicem non intelligant, Munsterus. Moscouia Rus
sice

fiæ caput est, suamq; ditionem per Scythiam longè lateq; extendit. Est autem eadem Moscouitica lingua cum Rhutenica & Sclauonica, Sigismundus Liber: qui in Rerum Moscouiticarum commentarijs plurima huius linguæ uocabulatum propria tum alia affert: & ab initio operis de Rhutenorum peculiari circa literas quasdam pronuntiatione obseruationes suas scribit.

¶ Antonius Vuied, Vuildæ in Lithuania natus, tabulam chorographicam eius regionis publicauit, anno salutis 1542. in qua etiã alphabetum quo Moscouitæ & Lithuani utuntur, Græco nõ Lithuani. dissimile, sed characterib. aliquot auctius proponit. ¶ Incolæ Vstyug prouinciæ Moscouiæ idioma proprium & characteres proprios habent, quamuis Rhutenico magis utuntur, Sigismundus Liber. ¶ Bieloiesero ciuitas est Moscouiæ (uel Scythiæ ad Septentrionem remotioris) cum castro ad lacum ingentem eiusdem nominis. sonat autem hoc nomen Rhutenis lacum album. huius loci indigenæ proprium habent idioma, quamuis nunc fermè omnes Rhutenicè loquantur, Idem. ¶ Rusi uel Rutheni, idem qui Moscouitæ sunt. ¶ In Moschorum lingua audio permulta esse Græca uocabula, ut & ritus religionis est. Nuper quidam Sueuos illic olim primùm habitasse asseruit: inde ad Carpathum montem, ad Albim: & demum ad eos in quibus nunc sunt locos concessisse. signum esse, pleraq; locorum nomina in Moscouia ori-

Rusi.
Rutheni.

giniſ Germanicæ.

M Y S I I S, uel Meifiſ, lingua eſt Illyrica.

N V G A R O L I Illyricè loquuntur.

O B O D R I T A E, aliàs Obòtriti, item **O H V L I C I**, lingua utuntur Illyrica.

O S C I qui nunc Capuani. Volſci, quos uocamus Volſcos, M. Porcius Cato. Oſci antiqui Italiæ populi in Campania ab oris fœditate dicti, Grammatici quidam. Oſcum aliquando ſignificat ſacrum, (nimirum *ὄσιον*) unde & leges ſacratæ oſcæ dicuntur, (*uidetur hic aliquid deeſſe: fortè, Et aliquando turpe uel ſpurcum.*) & in omnibus ferè antiquis commentarijs ſcribitur opicū pro oſco, ut in Titinnj fabula quintæ Qui Oſcè & Volſcè fabulantur, nam Latine neſciunt. à quo etiam uerba impudentia & elata appellantur obſcœna. quia frequentiffimus fuit Oſcis libidinum ſpurcarum uſus. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti, quo frui ſoliti produntur augures Romani, Feſtus. **Q. Ennius** Oſcè locutus eſt, **Crinitus**. Volſci populus antiquus mediterraneus in Latio uel Tuſcia, qui Turno ſuppeticas tulit aduerſus Aeneam. Meminit eorum Mela lib. 2. in deſcriptione Italiæ.

O S I Pannonicè loquuntur, uide Gothini.

P A M

PA M P H Y L I I apostolos Spiritus sancti dono diuersis linguis & sua etiam Hierosolymis in Pentecoste loquētes summa cum admiratione audiunt.

P A N N O N I A E pars Illyricè loquitur. Pannonicè loquuntur Osi, Tacitus. Vide supra in Hungarica lingua.

P A R T H I apostolos Iesu Christi Hierosolymis suo sermone loquentes in Pentecoste admirabantur. Parthis *σίμω* genus quoddam muris syluatici significare inuenio.

D E P E L A S G I C A L I N G V A,
ex Herodoti lib. 1. ubi nos Vallæ translationem ad Græcū codicem emendauimus.

C O M P E R I T Cræsus Lacedæmonios atq; Athenienses potentissimos Græcorū esse: & illi in Dorico genere, hi in Ionico antecellerent. Nam de his ita antea iudicabatur: cum ab initio altera gens foret Palæsgica, altera Hellenica, id est Græca. quarum hæc nunquam solum mutauit, illa assiduè multumq; est peruagata. Etenim sub Deucalione rege orā Phthio. *Phthiotis.* eisdem incoluit: sub Doro Hellenis filio tractū qui ad Ossam & Olympum iacet, nomine Istio. *Istiotis.* otim: unde à Cadmæis eiecta, coluit in Pindō locum quem uocant Macednum. Rursus in Macednō. *Macednō.* Dryopidem commigrauit, atq; ita in Pelopon. *Dryopis.* nesum uenit, Doricatq; cognominata est. Porro *Dores in Peloponneso.* qua lingua Pelægi sint usi, affirmare non pos-

P E L A S G I C A .

Creston
urbs est
Thraciæ.
Dores.

sum, sed coniectura licet dicere, eandem fuisse cū ea, qua nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrhenos urbē Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi corū qui nunc Dôres uocantur. Tunc autē incolebant Dôres regionē quæ nunc Thessaliôtis nominat, & Placiam & Scylacen, cum Pelasgi habitarent in Hellesponto, qui cōtermini (*συντομοί*) Atheniensium erant. Sed multa Pelasgica oppida nomen immutarunt. Quibus signis coniectantes oportet dicere Pelasgos barbara lingua fuisse. Quod si tota gens Pelasgica talis (*id est, barbara*) erat, gentem Atticam utpote Pelasgicam, cū in Hellenes, id est Græcos, transijt, linguam simul istorum amisisse. Etenim neq; Crestoniarum loquela cum ullo circā populorum consentit, & Placianorum similiter. Communis uero ipsis (*Crestionatis et Placianis*) est lingua. Per quod declarant quam linguæ figuram obtinebant cum in hæc loca transferūt, eandem se nunc conseruare. At natio Hellenica, id est Græca, ex quo existit, eādē lingua semper est usa, ut mihi uidetur. Et quanquam imbecillis primū, q̄ ex Pelasgica esset abscissa, & exiguo initio profecta, mox in multas aucta est gentes, tum aliarum, tum barbararum gentium frequentia se ad illam cōferente. Cæterum gens Pelasgica q̄ barbara esset, eam ob causam nequaquam magnos profectus fecisse mihi uidetur.

Græcorum
lingua.

D B

D E P E R S I C A L I N G V A
sive Turcica.

P E R S I C A lingua ab Aegyptiaca & Judaica diuersa est, ut supra in Aegyptiaca ostensum est. Cum Illyrica quoque & Armenica nihil commune habet. Multa huius linguae uocabula & locutiones docet Bartolemeus Georgenitus in libello suo de afflictione Christianorum sub Turcis, Latine ante paucos annos in Germania impresso Vuormacię. Appellat autem eandem Persicam & Turcicam linguam.

Vaticinium in Persica lingua ex eodem
Bartolemaei libro descriptum.

Patissah omos ghelur Ciaferum memleketi Pers.
Imperator noster ueniet, ethnici principis regnū Lat.
alur, keuzul almai alur, kapzeiler, Pers.
capiet, rubrum pomum capiet, subiget. Lat.
Iedi yladegh gyaur keleci Pers.

Quod si annum usque septimum gladius † Lat. † Scilicet
csikmassc, on iki yladegh onlarum beghli Pers. Chrī
nō insurrexerit, usque ad annū duodecimū eis Lat. stiano
gheder. eufi iapar, baghi diker, bahcsai Pers. rum:

dñabit. domos edificabit, uieas plātabit, hortos Lat.
baghlar, ogli kezi olur. on iki yldensflora Pers.
sapiet, liberos procreabit. post duodecimum Lat.

scilicet annum, ex quo rubrū pomum in eius
potestatem redactum fuerit.

Hristianon keleci csikar, ol Turki Pers.
Christianorū gladius apparebit, qui Turcam Lat.

P E R S I C A.

Perf. ghéresine tuskure.

Lat. quaquauersum fugabit. Sic habet uaticiniũ cum Georgeuiti interpretatione, quam ego de uerbo ad uerbum Persicis uocabulis accommo- dare conatus sum, haud scio an ubiq; affecutus. dubito quidem circa uocem skkmaffe, quã ex- posui nõ insurrexerit, & circa yldensflora, quam reddidi duodecimum, cum superius onlarum similiter uerterim.

¶ Persicã uocabula multa Andreas Bellunen- sis interpretatur in glossis Auicennæ. Conui- uiiũ regis in natali regis quotannis celebratur: id Persicẽ (Περσικὴ) uocatur τὰ τὰ: ἰθαμισὶ ἢ τὴλασφ, Herodotus libro 9. ut citat Athenæus. Para- sangã, schœnus & astarus mensurarum (de ter- ræ spatijs) nomina Persica etiam à Græcis nõ nullis usurpantur, idem Athenæus lib. 3. Sũ- son lilium Persis significat, & Σαῶν urbs nomi- nata est propter pulchritudinem & amœnitatẽ loci, Idẽ. Magi dicuntur sapientes lingua Per- sarum, Porphyrius. Plinius scribit Scythas uocatos esse Sacas à Persis, & lingua Persica Aramæos. ¶ Persicã animalium nomina pluri- ma in nostris de quadrupedibus et auibus libris posuimus, quæ index ab initio singulorum com- iuncta ostendit.

P H O E N I C V M lingua, uide Punica.

D E L I N G U A P H R Y G V M.

B E C V S lingua Phrygum panem si- gnifi-

gnificat, ut pluribus scribit Herodotus libro 2. ubi Psammetichum Aegyptiorum regem hoc argumento Phryges hominū primos fuisse ait coniecisse, q̄ infantes eius iussu à capris opera pastorum, uel à mulieribus quarum linguæ erāt præcisæ, biennio educati, ut primum inarticulatè uagire destiterint, hoc nomē beccus primum protulerint. Huius rei Diodorus Siculus quoq̄ meminit. Suidas in uocabulo Βικκισίλμυς (ex Scholijs in Aristophanem) Lydos inquit aut Phryges panem appellare Βικκ, per x. simplex. Nostri quidē Germani pistorem uocant beff. Quod si infantes illi à capris nutriti sunt, nil mirum si bec uocem balantium caprarum quadā imitatione primum protulerunt, nec ideo Phryges hominū primos fuisse quisquam rectè aut necessariò affirmarit. Noticū Phryges utrem appellant, Eustathius in Dionysium. Bedy aqua uel aer dicitur, lingua Phrygum aut Macedonum, Clemens Alexandrinus Stromateon quinto. Vocabulum πῦρ fortè barbaricum est. neq̄ enim facile ad aliquā uocem (originem) Græcam accommodare: & ita uocatur à Phrygibus modicè deflexa uoce: itemq̄ ὕδωρ & κίον, & alia multa, Plato in Cratylo. Erinaceus Phrygum lingua exis uel exim dicitur. ¶ Gallus, exectus testibus, Xenophon de equocis. ¶ Phryges Hierosolymis apostolos sua lingua loquentes in Pentecoste mirantur.

P L A C I A N O R V M lingua, uide ill

I 2

Pelagica. Est autem Placia urbs Mysiæ iuxta Cyzicum Milesiorum oppidum.

P L E S C O V I I uel Plefcouienfes, **P O L A B I**, **P O L O N I** maiores & minores, & **P O M E R A N I** Illyricè loquuntur.

P R V S S I C A lingua uetus, uide fupra in Britannica uetere. & in Lithuanorū lingua, de Prutenica. nam Prufiæ incolæ & Pruteni dicuntur: & lingua olim diuerfa ufi funt: poftquam uerò Teutonicorum fratrum iugum fubiêre, lingua Teuthonica introducta eft, et religio Chriftiana accepta Frederici imperatoris fecundi temporibus.

DE PUNICA LINGUA.

H A L Punicè Deus dicitur, Seruius in Vergilium. Gadir Punica lingua fapem fignificat, Plinius lib. 4. cap. 22. Zegeries Pœnis genus funt murium, Græcè *Βουβας* dixeris, (Valla colles transfert,) Herodotus libro 4. Vide Galeottum in Varijs. ¶ G. Postelli de Fœnicum literis, feu de prifco Latinæ & Græcæ linguæ caractere, eiusq; antiquiffima origine & ufu, commentauuncula publicata eft Parisijs anno 1552. Hebraicam autem & Phœnicum linguam eandem facit, omnium antiquiffimam. ¶ De Africana lingua fcriptum eft fupra.

R A S C I I, aliàs Rasci feu Bulgari, Illyricè loquuntur.

D E

D E R H A E T I C A A L P I N A
lingua.

P A R S Rhætorum, qui Alpes inter Helvætiâ & Italiâ siue Galliâ Cisalpinâ, Helvætijs cōfederati, incolunt, sermone Italico omnium corruptissimò utuntur, adeò ut ante nostram memoriâ nihil in literas hoc sermone scriptum referretur, sed Latine tantum, & nō ita pridem Germanicè. Primus nostro sæculo uir doctrina et pietate clarus Iacobus Bifrons Rhætus hanc linguam scriptis illustrare & publicare incœpit, qui catechismum etiam sacrosanctæ religionis nostræ è Germanico in hunc sermonem conuertit, excusum Pusclauij anno salutis 1552.

Oratio Dominica in uernaculo Rhætorum sermone, quem ipsi uulgò Romanum appellant, (ut & suum Sabaudi,) nostri
Churweltsch.

Bab nos, quæ tû ist in cšchil, santifichio saia ilg
tes num.

Ilg tes ariginam uigna ter nus.

Là thia uoeglia d' uainta in terra, sco la fo in
cšchil.

Do a nus nos paun houtz & in münchia di.

Parduna à nus nos dbits, sco nus fain à nos dbi
raduors.

Nun ens mender in mel aprouamaint, dimper
semaing spendra nus da tuots mels. Amen.

¶ Rhæti non à Romanis, ut uulgò purant, sed

à Thucis originem traxêre. Hos Liuius nihil scribit ex antiquo præter sonum linguæ, nec eū incorruptum retinuisse. Cæterum Rhætica lingua (ut author est Aegidius Tschudus) intra centum quinquaginta annos plurimū apud Rhætos interijt, Germanica indies inualefcence, ut hodie non solum Curientes, uetū & qui remotiores sunt Germanicè loquantur, qui haud longè supra æuum nostrum Italicè loquebantur: si modo corruptissima eorū lingua Italica est censenda, quæ & olim tempore Liuij, & hodie usq; adcō deprauata est, ut Tusci, qui hodie sunt in Italia, eos loquentes minimè intelligant, quamuis unius sint nationis & ab una gente descenderint.

R O M A N A lingua, uide supra i Latina.
R V G I Illyricè loquuntur.

D E R V T H E N O R V M uel Russorum incolarū lingua, lege supra in Moscouitica. Russorum uocabuli rationem Sigismundus Liber Baro explicat ab initio historiæ suæ Moscouiticæ. Rutheni, id est Roxani, Aen. Pius. Aliqui etiam Russanos scribunt.

D E S A B I N O R V M
Lingua uetere.

Q V I R I N A L I S mons dictus est Romæ à Iunone Sabinorum dea, quā illi curitum, id est hastatā Iunonem uocant. Etenim hastam curim & curinam profecerunt.

sunt. quia his simul & Hetruscis nō est litera q. sicut Romanis. inde Quirites, Cato in libro Originum. Quōd Romani Sabinis pr̄nomen acceperint, ex f̄edere cum Romanis factō, P. Crinitus 3.4. Sabina uocabula à multis Latinis olim recepta sunt, Idem.

S A M A R I T A N I in Syria in urbe Schem, omnes ueteris Testamenti libros præter Mosaicos aspernātur, & caract̄eribus proprijs (conuenientibus tamen cū alphabeti communis Hebraici literarum numero, sono & nominibus, figura tantum differente, quod & d. Hieronymus testatur) utuntur: quōs etiam uulgaribus apud Iudæos usitatis antiquiores esse aiunt, ut pluribus docet Guil. Postellus in libro de Phœnicum literis.

S A M O G I T A E Illyricē loquuntur, uide in Lithuanorum lingua.

S A R B I, uide Sorabi.

D E S A R D O R V M L I N G U A,
ex Cosmographia Munsteri.

H A B V E R V N T Sardi olim linguā propriam: sed postquam diuersi populi in eam migrauerunt, & ab externis principibus imperium eius usurpatum fuit, nempe Latinis, Pisanis, Genuensibus, Hispanis & Afris, lingua eorum admodum corrupta est, relictis tamen plurimis uocabulis quæ in alia nulla reperiuntur. Latini sermonis adhuc multa tenet uocabula,

SARDORVM.

præferunt in Barbaricæ montibus, ubi Rom. imperatores militum habebant præsidia, ut l. ij. C. de officio præfecti præ. Afric. Hinc est quod Sardi in diuersis locis tam diuersè loquuntur, propter imperiorum uarietatem. ipsi tamen se inter se rectè intelligunt. Sunt autem duæ præcipuæ in ea insula linguæ, una qua in ciuitatibus, & altera qua extra ciuitates utuntur. Oppidani loquuntur ferè lingua Hispanica, Tarraconensi seu Catalana, quã didicerunt ab Hispanis, qui plerumque magistratum in eisdem gerunt ciuitatibus. alij uerò genuinam retinent Sardorum linguam.

Oratio dominica in Sardorum oppidanorum lingua,

Pare nostre che ses en los cels, sia santificat lo nom teu. Venga lo regne teu. Fasa fe la uoluntat tua, axicom en lo cel, i en la terra. Lo pa nostre cotidia dona a nos altres hui. I dextia a nos altres los deutes nostres, axicom i nos altres dexiam als deutois nostres. I no nos induescas en la tentatio. Mas liura nos del mal. Perche teu es lo regne, la gloria, i lo imperij en los sigles de los sigles. Amen.

Eadem in Sardorum communiori lingua, extra ciuitates.

Babu nostru sughale ses in los chelus, santificada su nomine tuo. Bengiad su rennu tuo. Faciad si fa uoluntade tua, comenti in chelo & in la terra. Su pane nostru dogniedie dona a nosaltros

feros hoc. Et lassā a nosateros is debitus nostrus, comente e nosateros lassāos a isdebitores nostrus. E no nos portis in sa tentatione. Impero libera nos da su male. Poiteo tuo esti su rennu, sa gloria, e su imperiu in sos seculos de sos seculos. Amen.

SARMA TAE qui Poloni dicuntur, Illyricè sonant. ¶ Tempore Nini Babyloniorū regis Thuyscon gigas Sarmatas legibus format apud Rhenum, Berosus.

SCIRI, aliās Scyri, id est Stirij uel Stirenſes, à Gothis oriundi. uide Vandali.

SCLAVI, uel Slauī potius, Illyricè loquantur.

DE SCOTICA LINGVA.

SCOTICA M linguam communio-rem audio parum differre ab Anglica, sed pauciora Gallica habere admixta. ¶ Scoti (sylvestres & insulani) hodie moribus non differunt ab Hibernis (inquit Munsterus) à quibus originem duxerunt, nec magnum est inter ipsos interuallum. Nam cum cælum est serenum potest Hibernia uideri in Scotia. Est præterea indiscreta lingua eorū, indiscreti mores & uestitus. Qui meliorem terræ incolunt partem, nempe meridionalem, hi bene morati sunt, & ut humaniores lingua utuntur Anglica.

DE SCYTHICA LINGVA.

SCYTHIA cum longè lateq; Septen-

S E R. S O R.

trionem uersus ad Oceanū extendatur, per maximam Asię, & aliquam etiam Europę partem, multas diuersasq; in ea linguas esse uerisimile est. Germanos etiam ab aliquibus Scythas dici supra ostensum est. ¶ De Armenia Scythica, supra in Armenia & in Hetrusca linguis dictū est: ut de Hungarica quoq; suo loco. descendunt autem Hungari à Iuhris Scythiæ supra Tanaim populis, apud quos eadem adhuc lingua exercetur. De Tartarica paulò post dicemus. ¶ *Maornt* Scythicè (*Συρβισι*) oculus est, Eustathius in Dionysium. ¶ Prope Tanaim Scythiæ fluiuium situs est mons quem incolæ sua dialecto *Βριτάβα* uocant, quod sonat arietis frontem, propter aureum arietem illum quo uectus est Phryxus, qui in eo apparuit. In eo monte Phryxa herba nascitur, quam Græcè dixeris *μίσσηρον* *ρορ*, Plutarchus in libro de fluiuis. Cygnus à Scythiis agla noxiatur, canis *σκύαν*, Phauorinus.

S E R V I I uide Sorabi.

S L E S I I, uel Silesij, aliàs Slesitæ, Illyricam linguam habent. item S M O L N E N S E S.

S O R A B I, aliàs Sarbi, hodie (puto) Seruij, Illyricè loquuntur.

S V E V I, uide in Germanicâ & Illyrica linguis.

S Y R O R V M lingua, uide Chaldaica.

D E T A R T A R I C A

Lingua.

T A R

TA R T A R O R V M imperium latissime patet, maxima Asiæ Scythiæq; parte, & in Europam usq; pertinet. & haud scio an ulla hodie monarchia locorum & regionum numero cum Tartarica cōferri possit, si uera sunt M. Pauli Veneti scripta. In ea cum plurima regna sint, linguas quoq; multas atq; omnino diuersas esse non est dubium. Tartaricam tamen appellandam putamus unam, quæ præ cæteris fortè latius obtinet, & Europæ Turcæq; imperio propior est, & in ijs regionibus quas Tartarorum imperator magis frequentat in communiore usu, de reliquarū nonnullis Pauli Veneti uerba recitabo inferius in Capite de linguis uarijs. Tartarum non tam gentile quàm religionis nomen esse, Matthias à Michou (si bene meministi) prodidit. Sequuntur autem Tartari Mahometis sectam.

Altissima Carpathi montis iuga in Hungaria, Slauorum lingua appellantur Tatri, hoc est Tatari: & in regionem Tartarorum, qui ueteribus sunt Getæ, uulgi opinione protendantur, Ge. Vuernherus. Sed fortè Getæ Gothiue, nō simpliciter Tatari, sed Tataris subiecti dicendi sunt.

Supra mare Hyrcanum & meridiem uersus Zagathai habitabant Tartari, non amplius iam in campis, sed ciuitatibus lapidibus cōstructis: ex quibus præcipua est Samarcanda, quam Iaxartes maximus Sogdianæ fluius interluit: qui

& in mare Caspium exonerat. Huius conditor
 Tamerlanus fuisse dicitur: cū quibus dum So-
 phi rex Persarum bellum nostra gereret ætate, à
 Selymo Turcarum imperatore inuasus & ui-
 ctus est: qui & illi quicquid in Armenia possi-
 debat, unà cum Taurisio regni capite ademit,
 Bilibaldus Pirkeimerus. Nō ignorādum (in-
 Turcæ. quit idem) eam gentem, quæ hodie Turcarum
 appellatur nomine, à Tartaris ortum sumpsisse,
 q̄ non solum una et eadem lingua, ritus, uictus
 & uestitus, sed & equitandi ac bellandi usus, nec
 non fraudes, perfidia et innata barbaries osten-
 dit & feritas, Falluntur igitur qui Turcarum gē-
 tem antiquissimā, aut Turcimanos esse putant:
 cum parum plus sint quàm trecenti anni, ex quo
 primum Tartarorum nomen, antea penitus in-
 cognitum, sit auditum. post quorum aduentum
 Ottomannus se à Tartaris seiunxit, ac cum suis
 Turcarum nomen assumpsit. Tartariq̄ hodie-
 na die Turcas clientes suos esse dicūt, ac Deum
 ob peccata eorum, Turcas sic extulisse conque-
 runtur: quum antea non solum illorum fuerint
 subditi, sed rustici etiam: idq̄ Turcarum nomi-
 ne significari asserunt. ¶ Tartaris (seu Tartaris,
 ut corruptè uocamus) & Turchis, ea est simi-
 litudo linguæ, quæ est Anglicæ & Saxonicæ, G.
 Postellus. ¶ Tartarorum linguæ uocabula mul-
 ta in libris Pauli Veneti & Matthiæ à Michou
 sparsim leguntur. ¶ Natigai hac lingua Deum
 terræ significat. ¶ Georgianorum (de quibus
 supra

supra diximus) lingua Tartaricæ & Armenicę media est.

DE THRACVM LINGVA.

NOSTRIS annis Aelius Cato ex Trāstrana regione quinquaginta Getarum millia in Thraciā habitatura traduxit. quæ gens eadē qua Thraces utitur lingua, qui hac etiam ætate ibidē habitant, Mysicę uocitantur, uidelicet quia & prius eo nuncupabantur nomine, Strabo libro 7. ¶ *Γύλα* Thracicē (*Θρακισί*) carnes uel membra sunt, Varinus. *Αββάβαξ*, saltator uel blasphemus lingua Thracica, Eustathius. ¶ De Crestoniarum lingua, supra in Pelasgica dictum est, fuit autem Creston urbs Thraciæ.

TRANSYLVANI, Illyricē loquuntur.

THESSALICA lingua genere Gręca fuit: dialectus autem eius ad Doricam maximè accedere uidetur. ¶ Lingua Thessala Peliaes & columbę uaticinatrices uocātur, Seruius.

TROGLODYTABÆ Aethiopes dialecto sua strident (*νελίσαοιρ*) instar uespertilionum, Herodotus. ¶ De lingua Troglodytarum in Africa, scriptum est in Aethiopica.

DE TVRCICA LINGVA.

TVRCARVM linguam aliqui eandem cum Persica, alij ab Armenica & Tartarica nihil aut parum differre uolunt, de quibus in

præcedentibus à nobis scriptum est. ¶ Tataris seu Tartaris, & Turchis, ea est similitudo linguæ, quæ est Anglicæ & Saxonicæ, Guil. Postellus. Turcica & Arabica lingua diuersæ sunt, sed charecteribus ñsdem utuntur, Bellonius. ¶ Inte mename, Turcicè sonat, Vnde es tu? Lo doicus Patrius. ¶ Anium multa nomina in Turchica uel Natoliæ (sic Asiam minorem uocant) lingua in nostra de Anibus historia annotauimus: quæ in operis indice cõiuncta sunt.

VASCONES Gallos audio in quadam parte Vasconicæ, in collibus qui à Pyrenæis extenduntur, propriam omnino linguam loqui.

VALACHIA perquam lata regio est, à Transyluanis incipiens, usq; in Euxinū protensa pelagus, plana fermè tota, & aquarum indiga: cuius meridiem Ister fluuius excipit, Septentrionem Roxani occupant, quos nostra ætas Ruthenos appellat, & uersus flunium Thirannonomas Scytharum genus quos Tartaros hodie uocitamus. Hanc terram incoluerunt quondam Getæ, qui & Darium Hyftaspis filium turpi fuga repulerunt, & Lyfimachum regem uiuū in potestatem pertraxerunt, & Thraciam pluribus cladibus affecerunt, Postremo Romanis armis subacti ac deleti sunt. Et colonia Romanorum eò deducta, duce quodam Flacco, à quo Flaccia nuncupata. Exin longo tēporis tractu, corrupto (ut fit) uocabulo, Valachia dicta. Ser-

Getæ.

mo

mo adhuc genti Romanus est, quamuis magna ex parte mutatus, & homini Italico uix intelligibilis, Aeneas Syluius.

V A N D A L I, aliàs Vuandali, & V E N E D I Illyrico sermone utuntur. Vide supra in Illyrijs.

V B L T A E etiã, V I L A C I, V V A G R I I, V V I N V L I, Z A D R A V A N I, & Z A G O V A N I Illyricè loquuntur.

D E V A R I I S L I N G V I S,
præsertim in remotissimis terris imperij Tartarici, & Orbis noui.

IN Adria uersus Istriam, non procul Pola, insula est, quam Velam aut Veglam uocant, bidui fortè navigatione Venetijs distans, non parua: cuius incolas lingua propria uti audio, quæ cum finitimis Illyrica & Italica commune nihil habeat.

Linguam propriam habent.

C Y A M B A prouincia (regnū) ad Oceanum orientalem. Prouinciæ nomine indocti quidam simpliciter pro regione uel regno abutuntur.

C A I T A C H I populi circa montem Caspium, ex quibus multi Christiani sunt, Iosaphat Barbarus.

L O A C H prouincia ultima Afrix uersus meridiem.

V A R I A Æ.

L A C C I V I T regnum in ultima parte Indiæ uersus meridiem.

R A B A N T I regio Asię iuxta Sericam.

T H O L O M A N prouincia in Asia uersus Septentrionem, quam idololatræ habitant.

Regna **T A N A**, **C A M B A B T H**, **S E M E N A T H**, & **R E S M A C O R A M**, &c. singula habēt regē & idioma propriū, Paulus Venetus. Item regnū Gozurath,

B A S M A N regnum in Tartaria, Idem lib. 3. cap. 15.

I N T B R regni Tartarici ciuitates Lop et Sachion, maxima solitudo triginta ferè dierum itinere sita est. Iuxta Sachion incipit prouincia magna Taguth, ubi inter Mahumeci cultores pauci inueniuntur Christiani Nestoriani. Sunt quoq; ibi plurimi idololatræ, qui linguam propriam habent, Paul. Venetus 1. 45.

T R A I E C T O flumine Brio peruenitur ad prouinciam Caraiam, quæ septem continet regna, sub imperio magni regis Cham. habet aut linguam propriā & difficilem, Idē 2. 39.

T R I B V S à Tanai itineribus uersus occidentem regio est Chremach: postquam multæ sunt regiones parum distantes, quæ linguis utuntur diuersis, nempe Elipeha, Tatarcosia, Sobai, Chenerthei, & Alania, Iosaphat Barbarus.

De Linguis in Orbe nouo.

V A R I A idiomata sunt in uarijs Cubæ prouincijs, Pet. Martyr.

C O

C O L O N V S decē viros ex Hispaniola fecū in Hispaniam adduxit, à quibus posse omnium illarum insularum linguam nostris literis Latinis, sine ullo discrimine, scribi compertum est. Vocant enim cælum turci, domū boá, aurū cáuni, uirum bonum tayno, nihili mayáni. Reliquatq; omnia uocabula non minus liquide proferunt, atq; nos Latina nostra, Pet. Martyr.

I N Moluchis Insulis Noui orbis Manuá diata, id est auicula Dei, nominatur auis quam aliqui auem paradisi appellant, aliq; phœnicē uel rhyntacem, ut Bellonius.

Canariæ magnæ (id est Fortunatarum insularū) incolę pérrarò & submissa uoce loquuntur, eisdem quibus nos accentibus utentes. suas ut plurimū uoces inter dentes et labra formantes, *alijs utuntur uocabulis quàm nos. Plurimæ eorum sunt idiomatum uarietates, quoniã à centenario leucarum in centenarium diuersitatem linguarū se mutuò nullatenus intelligentium reperimus, Americus Vesputius.

*Hoc forte est τριδου ἰλιθ, quod de Troglodytis Aethi opibus scribitur.

M E D E R A E insulæ Noui orbis nomē est à copiâ lignorum (& sylvarum.) id enim indigenarum lingua Medeta significat, Aloysius Cadamustus.

C O L O N V S in Orbe nouo reperit telurem uastam, quã incolę Quiriquetanam nominant, ipse uerò Ciambam nuncupauit. Idiōmata sunt penitus alia ab insularibus uicinis, Pet. Martyr. Et mox, Eius terrę partem orientis

K

F I C T I T I A E.

talem dum inquit , per dies septuaginta propter difficilem oppositi Oceani torrentis navigationem , tandem interuallo leucarū octo tringentia flumina reperit. Varia in uarijs oris regum & primariorum nomina esse ait . Regulū uocant cacicum , alibi quebi, tiba uerò alicubi. Primarium autē alicubi sacco, alibi iurā. Eum qui strenuē se gessit in pugna hostili, et signatam cicatricibus faciem ostentat , cupram appellant, habentē pro herodē: Vulgum nuncupant chyuis. hominē alicubi dicunt homem. Accipe homo si quis dicere uoluerit, Hoppa home, dicet.

DE LINGVIS QVIBVS DAM & uocabulis fictitijs.

Et primò de Zigaris uel Cianis erronibus, ut uulgò quidam uocant : nostri Zigyner.

ANno post Christum natum 1417. (ut scribit Munsterus) primū in Germania apparere cœperunt homines nigredine informes, excocti Sole, immundi ueste, & usu rerum omnium fœdi, furtis imprimis intenti : præsertim fœminę eius gentis. nam uiris ex furtis fœminarum uictus est. Tartaros aut gētiles uulgu uocat, in Italia Cianos appellant. Ducem, comites, milites inter se honorant, &c. colluies hominum mirabilis, omniū perita linguarum. Confinxerunt quidem sibi propriam quandam linguam, quam Germani uocant Rotwelsch, hoc est

est rubrum barbarissimum : cum interim omnibus ferè Europæ linguis utantur. Nā apud Germanos loquūtur Germanicè, apud Gallos Gallicè, apud Italos Italicè, &c. Hæc ille. Memini uidere libellum Germanicè publicatum, Basileæ apud Rodolphum Dekk typographum, de mendicis & uarijs eorum differentijs, in quo linguæ etiam fictitiæ uocabula plurima expnuntur, quæ mox recitabimus. ¶ Zogori & Heniochi montana & importuosa colūt loca, quæ Caucaſi partes ſunt. his uita ex maritimis latrocinijſ fuit. Hanc Zogorum (Zogororum) terram eā eſſe arbitramur, ex qua populi exierint, qui noſtra ætate cum liberis & uxoribus Europam peruagantur, Zigari appellati, inſignes fures & inter noſtros homines Nomadum more uiuentes, Aeneas Syluius.

D E G R A E C I S V O C A -
bulis fictitijs.

A P V D Græcos (ait Cælius Rhodig.) quidam Onomatotheræ dicti ſunt, id eſt uelut Onomatotheræ. nominum uenatores, noua ſibi conſarcinantes uocabula, rerum intuiti proprietatem. cuiuſmodi fuiſſe uidetur Siculus Dionyſius, qui uirginē uocabat Menandrum, quia manet expectatq; uirum. ſtylon uerò id eſt columnam Menecratē, quoniam manet continetq; murium autē conceptacula, (*murium caua*, τὰς τῶν μυνῶν διακρούσεις) rectè dici myſteria coniectabat, quia mures ſer-

F I C T I T I A E

uent. Idem etiam bouem nuncupabat *γαροταν*:
 porcum uerò iacchum : (*et iaculum, ballantion,*
ἄτι ἰωνίσου βάκιλα.) Alexarchus quoq; Vranopo-
 lin qui cōdidit, nomina sibi conformauit, nō au-
 dita multis, nam gallum orthobóan dicebat :
 drachmam, argyrida : (*ἔ τόνσορεμ βροπκίρη :*
ἔ πρæconem ἀπύτυμ.) chænica, hemerotrophie-
 da. Sic & Atticus Herodes lignum quod inseri-
 tur rotis, trochopedā nuncupauit, quum per ac-
 cliuia (*declinua, καλίωλας τόπος*) uectaretur, alijs epo-
 chléa uocātibus, Hęc ille ex Athenēi tertio Dip-
 nosophistarum. Idem Alexarchus, ut refert
 Athenæus, ad Cassandrensiū senatores episto-
 lam dedit huiusmodi : *Αλίψη ἔ ὁ μάρμωρ. Πρόμοις*
 (forte *πρόμοις* ad inscriptionem pertinet, ut episto-
 la incipiat à uerbo *γαδῆρ*) *γαδῆρ τὸς ἰλιοκρῆς οἰῶρ, οἷθα*
ἀνὰσσα θωλῶρ ἔρ)αφ κραιτόρας μασσίμο τῆα ἰκκρημύστω
θῆ πύ)αις ζυτλῶσαντῶ αὐτὸς, κρη φύλακας ἔριγῆ)αῖς. Quid
 uerò hæc epistola sibi uelit (inquit Athenæus)
 ne ipsum quidē Pythium dignoscere arbitror.
 ¶ Germanicè etiam uocabula quædam confin-
 guntur ingeniosè, ut vilhelmis pro cauisa stra-
 minea : vilringis pro thorace annulis concate-
 nato.

Thebani.

Thebani (inquit idem Athenæus libro 14.)
 nouis & raris præcipuè dictionibus gaudent.
 Sepiam uocant opisthonilan, medicum sæctàn,
 pontem phléphyran, ficus tyca, hirundines *ἑσ*
τιλάδας, ridere ἰκκρηθῆ)μυρ: τῶ) ἄθαισιν ὄ) ἀκαῖορ.

Thomas Morus, Anglus, uir ingeniosus, Vto-
 piz

piæ insulæ à se confictæ incolas lingua peculiariter scribit uti, & caractères etiã fingit proprios.

Tetraſtichon uernacula Vtopienſium
lingua à Moro poſitum.

Vtopos haboccas peula chama polta chamaan:
Bargol he maglomi maglomi baccan ſoma
gymnoſophaon,

Agrama gymnoſophon labarem bacha boda-
milomin.

Voluala barchin heman ; la lauoluola dramme
pagloni.

Hoc eſt.

Vtopus me dux ex non inſula fecit inſulam.

Vna ego terrarum omnium abſq; philoſophia,
Ciuitatē philoſophicam expreſſi mortalibus.

Libenter impartio mea, non grauatim accipio
meliora.

V O C A B V L A L I N G V A E
fictitiæ Zigarorum et mendicorum, ex li-
bello cuius paulò antè men-
tionem fecimus.

K 3

Elemental
Das Elemental vñ Vocabulari
der Rotwelschen Grammatic vnd
spraach / Von den hochgelerten Camesierern
in der Wanderschafft beschriben / Das nit ein
yeder Hautz verlunschen vnd Barlen
mög. Ja ein dart vff syn giel.

A

Adone	Gott
Achelen	Essen
Alchen	Gon/sich trolen
Alch dich	Gang hyn
mach dich über die wythe/oder	
Alch dich	übern glentz.

B

Breithart	Wythin
Boß	Fuß
Boßhart	fleysch
Boßhartuetzer	Metzger
Bezam	Ein ey
Barlen	Keden
Bieger	Bettler
Biegen	Bettlen
Brieff	Ein fart
Brieffen	Karten
Briessen	Zütragen
Briesem	Brüch
Breuß	Vfferziger
Blechlin	Crützer
Blech	Blappart

Blaß

Blaßot	Brieff
Brieffeluetzer	Schryber
Boppen	Liegen
Bölen	Halsen
Beschöcher	Truncken
Breytfuß	Gangß oder ende
Buzelman	Mansscham
Boß dich	Schwyg
Bschuderlin	Edel volck
Bschiderich	Amptman

C

Caeller	Schinder
Claffot	Bleydt
Claffotuetzer	Schnyder
Christian	Jacobsbrüder
Caua	Ein rossz

D

Derling	Würffel
Dittling	Schüh
Dart	Dreck
Diern	Ehen
Diffel	Kilch
Dallinger	Hencker
Dolman	Galg
Du ein bar	flüch
Dotsch	Weybscham
Soul	Pfenning
Dierling	Oug
Dippen	Geben

E

K 4

Elemental

¶ Erlat
Erlatin
Ems
Erseckern

F

¶ Funckart
Flosshart
Flößling
Fünckeln
Flader
Fladernerzer
Fladernerzerin
Flößen
Fluckart
Flick
Flößelt
Functharthol
Feling
Fetzen

G

¶ Glentz
Glatbart
Griffing
Genffen
Gazam
Glid
Glidenferzerin
Glidenboß
Goffen
Ganhart

Meister
Meisterin
Güt
Ketschen

Fhüt
Wasser
Fisch
Sieden oder Braten
Badstub
Bader
Baderin
Syechen
Hün oder vogel
Knab
Ktrenckt
Kachelofen
Kramery
Arbeiten

Feldt
Tisch
Finger
Stelen
Kindt
Hür
Hürenwürtin
Hürhuß
Schlahen
Tüffel

Ges

Bebicken	Faben
Berepelt	Gerädert
Glycher	Mittgell
Gallen	Statt
Gfar	Dorff
Sackenscherr	Hün
Gurgeln	Landsknecht Betlin
Glyß	Milch
Galch	Pfaff
Galle	Pfow
Galchenboß	Pfaffenhuß
Giel	Mundt
Gizlin	Stücklin Brot
Grimm	Güt
Grünhart	Feldt
Glesterich	Glaß
Gänßcherer Betler/verzerte/verfrancfte handwerckßknecht	
Gugelfrantz	Münch
Gugelfränzlin	Kionne
Hanffstud	Hembd
Herterich	Messer/dägen
Himmelsteig	Pater noster
Hautz	Bur
Häuzin	Bürin
Hornbock	Rüh
Holderkuz	Hün
Horct	Bur
Hellerichter	Guldin

K 5

Elemental

Banßwalter
Bar
Begiß
Bocken
Hans von geller

Luß
floch
Spital
Ligen
Grob Brot

3

Joham
Jonen
Joner
Jauerbassen
Jtis
Juffart

Wyn
Spilen
Spiler
Flüchen
Statknecht
Der da roth ist oder
frybet

2

Kameßierer
Keris
Kümmern
Krönerin
Kielam
Kray
Klebiß
Klems
Klemsen
Kaspin
Kleckstein
Klingen
Klingensetzerin
Krachling
Kabas

Gelert Betler
Wyn
Kouffen
Kefrow
Statt
Kloster
Pferdt
Gefencknuß
fahen
Jacobs Brüder
Verräther
Lyrer
Lyrerin
Kluffz
Haupt

92c

L

Lehem	Brot
Loe	Böß/falsch
Lefrantz	Priester
Lefreyzin	Pfaffenbüe
Linßmarckt	Kopff
Lyßling	Obz
Lindrüschel	Die Korn samlend
Loe ölin	Tüffel

M

Mess	Gelt/münz
Mencklen	Essen
Meng	Kesler
Megen	Ertrencken
Molsamer	Verräther
Mackum	Statt

N

Narung	Thun spyß süchen
--------	------------------

P

Plickschaber	Der da nacket vmb loufft
Platschierer	Die vff den Bencken predigend
Platschiern	Das selb ampt
Polender	Schlossz/burg
Pflüger	Sie in der Kilchen mitt schüsseln vmbgond

Q

Quien	Hunde
Quienhoffer	Hundschaber

Elemental

K

Keger
Kibling
Küren
Kichtig
Kubolt
Kuschart
Kippart
Kotboß
Keiling
Regenwurm
Keel
Kunzen

Kanz
Köl
Köluetzer
Kauling
Kämpfling

S

Schöchern
Schöcheruetzer
Spranckart
Schling
Schreiling
Schieß
Schosa
Schref
Schrefenboß
Strom

Würffel
Würffel
Spülen
Gered
Fryheit
Strosack
Seckel
Betlerherberg
Suw
Wurst
Schwersichtig
Vermischen oder Bes
schyssen
Sack
Mül
Müller
Ganz jung kindt
Senff

Trincken
Würt
Saltz
flachs
Kind
Zagel
Fud
Hür
Hürhuß
Hürhuß

Ge

Sefelgräber	Schatzgräber
Sonnenboß	Hürbuß
Senfftrich	Bett
Schnieren	Hencken
Schwartz	Nacht
Sefel	Treck
Sefeln	Schysfen
Sefelboß	Schysßbuß
Sönzlin	Edelfrow
Sönz	Edelman
Schmunc	Schmalz
flöß	Supp
Spelting	Heller
Stetinger	Gulden
Schlün	Schaffen
Stolffen	Ston
Stefung	Syl
Sabuler	Brotfampler
Stupart	Meel
Spizling	Habern
Schmalkachel	Ubelrednet
Schrenz	Stub
Schmaln	Ubel reden oder sehen
Strobozer	Gang
Schürnbrant	Bier
Streifling	Rosen
Stronbart	Wald
Schwenzen	Gon
Terich	Land

Elemental des Notwöl.

V

¶ Verneisten
Vermencflen
Verfimmern
Verfencken
Voppen
Vermonen
Voppart
Verlunfchen

Verfton
Verfchlagen
Verkouffen
Verfetzen
Liegen
Betriegen
Narr
Verfton

W

¶ Wetterhan
Winthfang
Wyßhulm
Wendrich
Wunnenberg
Wiltner

Hüt
Mantel
Einfeltig volck
Reß
Hübsch junckfraw
Silberkremer

Z

¶ Zwirling
Zickuß
Zwicker
Zwengering

Oug
Ein blind
Hencker
Wammes.

R P I L.

EPILOGVS AD
Lectorem.

HAEC haëtenus de diuerfis linguis, quantum hoc tempore præstare potui, tum me opte studio et obseruatione, tum ex aliorum scriptis & lectionibus, (præcipuè uerò ex Guil. Postelli, uiri in omni doctrinarum & linguarum genere præstantissimi, de duodecim linguis libro, & altero de characteribus Phœnicum, nonnulla sum mutuatus;) tum bonorum uirorum collatione. Inter quos Theodorus Bibliander, theologus insignis, et uaria rerum linguarumque scientia clarus, præceptor meus obseruandus, quod ad linguas Ebraicæ affines, institutum meum promouit. Spero autè homines studiosos audaciam meam benignè interpretaturos. De omnibus enim linguis scribere sum ausus, non sanè quæ argumento me satisfacturum sperarem, qui ne de uernacula quidem hoc polliceri ausim, sed ut excitarem alios, qui de singulis pluribusue siue ipsi lucubrationibus proprijs, quod mallem: siue ad me nostra aliquando augendi aut emendandi gratia perscriberent.

F I N I S.

